tiones dentur, (si institutionis sit pars^o aut legatum) hæ- redibus aut substitutis, aut illis à quibus hæc relicta sunt: si quidem mortis causa donatio: omnino hæredibus. Si verò ex asse secundum talem conditionem conscribatur quis hæres: substitutis, si fuerint, aut omnino ijs qui ab intestato vocantur ad hæreditatem, huiusmodi obserua- tiones præstentur, vt vndiq; lex habeat propriam perfe- ctionem: nisi^o fortè testator & hoc præcipiat, dicens li- centiam habere eum cui dereliquit, siue per institutio- nem particularem, siue ex asse, aut per legatum vel fidei- commissum, siue per mortis causa donationem, & acci- pere quod relictum est, & nullam cautelam dare. tunc e- nim sequenda est defuncti voluntas, studij enim nostri est, defunctorum conferuare^o secundum legem volunta- tes.

De administratione donationis propter nu- ptias. Idem dictum fuit supra Nouell. 2. cap. 4.

Cap. XLV.

ET^o quia parum antea de cautela rerum ediximus, & Leonis nouimus diuæ memoriæ cōstitutionem^o de secundis nuptijs, si ad eas veniens mulier non valeat dare fideiussionis cautelam, quia filijs restituat res, terti- am partem ceteris accipere: nos causam adhuc melius ab ea cōstituiimus, illius super hoc statutis competentem adijcetes subdiuisionem. Et sancimus (hoc quod pri- dem^o à nobis in quadam dictum est constitutione) vt si quis^o offerat^o res propter ante nuptialem donationem: si quidem omnes immobiles constitutæ sunt, maneat ea- rum vsus apud matrem ad secundas venientem nuptias: & eadem hæc eligat, & non recuset, neque^o exigat à filijs pro estimatione earum vsuras: sed diligentiam earum habeat secundum quod lex dat vsus dominis constitutis. conferuet autem hæc secundum leges filijs superstitibus: aut si omnes moriantur, secundum nostram legem casu filiorum non existentium, matri reliquo remanentibus filiorum hæredibus conferuando. Si verò vniuersa con- stituta est fortè in pecunijs, aut alijs mobilibus rebus an- tenuptialis donatio: tertiā partem vsurarum accipien- te matre, cum prius sancita cautela non exigi à filijs au- rum, nisi fortè sine inuidia sit viri facultas, & habeat au- rum & argentum, & vestes, & quicquid conscriptum est matri, damus etenim tunc electionem matri, si velit res accipere, & dare fideiussoriam cautionem, siue prædictas accipere vsuras: dicimus autem ex tertia parte centesimæ tam secundum anteriores leges, quam etiam secundum nostras. Si verò permixtæ sint res, & donatio tam in pecu- nijs quam in immobilibus rebus sit: immobiles quidem omnino manere apud matrem, propter quod alimenta habeat exinde: in rebus verò mobilibus illa tenere quæ pridem sanciuimus, si contigerit in mobilibus rebus om- nia antenuptialis donationis esse constituta: prouidente muliere quod non negligat mobilia, neque imminu- ta hæc faciat: sed qualia accepit, restituat.

De successione matrum in bonis filiorum pro quā parte fiat, & quomodo.

Cap. XLVI.

Hinc^o nos alia euocat ratio quæ de filiorum succes- sione est: quam accipient quæ ad secundas veniunt nuptias. Iam pridem enim de his scripta est lex à no- bis ad Hermogenem^o gloriosæ memoriæ magistrum sac- rorū nostrorum factum officiorū rescripta, Belisarij glo- riosi præcedens^o consulatum, septimodecimo Kalendas Aprilis, per quā sanciuimus matres ad filij non relinquen- tis liberos, cum eius qui mortuus est fratribus, sine cau- tione vocari successionem, & eius cum vsu etiam proprie- tatem habere firmam: siue priusquam hæres relinquatur, siue postea ad secundas venerit nuptias: auferentes leges quæ de his contrarium quid præcipiebant. Hanc autem nostram sanctionem firmam etiam modo manere super solas personas parentum, quæ dudum ad secundam ve- nerint matrimonium, sancimus: & quasdam proprio- rum accipientes filiorum, firmè eis seruantes, & secun- dum deinceps tempus: siue ante nuptias, siue post nup- tias hæreditatem in cas filij descendisse contigerit. De his autem quæ post hæc ad secundum veniunt virum, ita nobis præsens lex disponatur & sanciat. Ergo necesse est filio moriente, siue masculo, siue foemina, siue testa- tus moriatur, siue etiam sine hoc: interim ea quæ ex testa- mento sunt dicentes, ita ad ordinem qui ab intestato est,

^o Si quis cer- ta parte insti- tutus fuerit sub conditio- ne nō facien- di, cauere de- bebent cohære- dibus vel sub- stitutis. nemi- ne ex his ap- parente, caue- bitur heredi- bus, ab inte- stato Iul. ad- del. 18. ff. de condit. & de- monstr.

^o Testator cautionis ne cessitatem le- gatario rem- mittere pot. At nō potest usufructua- rio l. i. C. de usufruct. potest, sed non de- tendo fruendo boni viri arbitrato. Cu- iacius aliter distinguit. vt enim negat omnem cau- tionem fru- ctuarijs rem- mittere posse: ta fatetur Mu- cianam posse remitti.

^o Voluntas defuncti ser- uanda. ^o hinc sum- pta est authen- tica, sed si an- te, Cod. de se- cund. nupt. ^o l. 6. §. 1. Cod. de secund. nupt. ^o Nouell. 2. in- telligit e. 4. ^o Maritus sc. & emidm, i. dederit. ^o 14. genus pena binu- bis cōstitur.

^o hinc sum- pta est pars authenticæ, Ex testamen- to Cod. de se- cund. nupt. ^o Nouell. 2. §. eodem. ^o 1. anno 534

Morientiu¹ veniamus. 1 ¶ Si igitur legitimè filius testatus fuerit, & voluntates relinquitur substantiam, siue partem eius aliquam: seruanda. hanc illa accipiat per scripturam (quia ubique custodire i. institutio morientium volumus voluntates) & habeat quod dimissum est, aut datum, & secundum proprietatem, & secundum usum. Sicut enim licebat relinquere alicui extra Matrem binu- neorum, & nihil heredi secundæ mulieris nocebant nubẽ filio² quan- priuata & matri relinquens, siue institutionem³, siue legatum, rectè derelinquat & dominium, & usum, siue ex stamento cõ- rebus quæ extrinsecus aduenerunt, fuerit facultas, siue ex ferre potest, paternis: nihil ex hoc fratribus contradicere valentibus. nulla habita⁴ ¶ Si autem intestatus filius moriatur iam ad secundas ratione bo- veniente matre nuptias, aut postea veniente: vocetur⁵ qui noru: cum ea dem & ipsa cum filij aut filia fratribus⁶ secundum no- sunt a patre stram constitutionem ab intestato ad eius successionem. accepta non Sed quanta quidem ex paterna substantia ad filium per- ab alijs perso- uenerunt, eorum solummodo⁷ habeat usum ad secundas nis. omnino siue prius siue postea veniens nuptias: in residuis⁸ Filio mater uero omnibus rebus quæ aliunde erant filio præter pater- succedit ab nam successionem, ueniat secundum uocationem nostram, 20 Intestato cu- quam statim dicemus, quadam correctione & ea indige- eius fratribus re. Et hæc dicimus in rebus quæ extra⁹ nuptialem dona- tionem sunt. Quæ enim in illis sancita sunt a nobis, & a idque in ca- Leonis diuæ memoriæ constitutione¹⁰, integra conserua- pit. mus: in quibus solum mater habeat usum fructum. Sed in XV. pona alijs rebus hæc sancimus, & deinceps ipsi tradimus quæ- secundis nu- cunq; post nuptialem donationem sunt a patre ueni- ptijs cõstitu- tia filio, aut ex alijs causis, tam ex testamento, quam ab ra, cuius is intestato successione: ratione contra¹¹ ingratos filios sensus est, Ma- uindicque & super istis rebus seruata, quando manifestæ ter binuba¹² causa ingratitudinis demonstratur: aliorum omnium succedens fi- quæ de successione dicta sunt parentum in filijs, aut lio ab intesta filiorum in parentibus, intactis manentibus. 3 ¶ Ingrato, cum alijs titudinem autem hic consideramus non solum ad ma- defuncti fra- trem secundum pridem a nobis dictum: sed etiam aduer- tribus bono- sus¹³ eundem ipsum fratrem defunctum. rum eius pa- ternorum so- lura habet v- sum fructum:

Cap. XLVII.

ET quoniam scimus multas fratribus adinuicem fa- 40 ctas contentiones: illum solum, tanquam¹⁴ ingra- tum circa fratrem effectum, participari hoc lucrum in sua rata p- virili etiam non concedimus, qui¹⁵ mortem voluit fratri, aut crimi- proprietate. nalem inducere contra eum inscriptionem¹⁶, aut sub- quid de do- stantia ei¹⁷ operauit inferre iacturam. eius enim portio natione pro- tam ad reliquos fratres, quam ad matrem ueniat. Et hæc pter nuptias: lex supra filiorum successione, quibus cum matre suc- dicitur¹⁸. cedunt filij, maneat, illam quæ a nobis facta est subdivi- sionem introducens ijs quæ futuro tempore matrimo- 50 nio secundo sunt sociandæ uiris. Quæ enim iam ad secun- dum matrimonium peruenerunt, & beneficio memora- pter nuptias tæ nostræ legis potitæ sunt: || his liceat successionem, siue vxor solū ha- per testamentum, siue ab intestato habere firmè, & secun- bet usum fru- dum dominium, & secundum usum fructum, & alienare, etum¹⁹. eod. & testari, & transmittere secundum quem uoluerint mo- dum, nihilque sit eis impedimento quolibet tempore ex 60 secund. nupt. præsentis constituta lege. 1 ¶ Illud autem firmum, ex pri- De causis mo matrimonio filijs maneat, quod super his per prædi- ingratitudi- ctam a nobis constitutum est sanctionem. Quod si²⁰ an- nis²¹. Nouell. tenuptialem donationem, quam mater marito lucraba- tur, contigerit ad morientem filium peruenire, & pro- 65 Manifestas pte rea partem ei illius fieri hereditatis: matrem neq; se- causas ingra- cundum quod succedit filio, dominium eorum, scilicet tudinis esse antenuptialis donationis rerum perfrui: solum autem ha oportet in li- bere horum, quandiu superest, usum & usum fructum. Ma- beris, ut pos- neat igitur & hoc his qui ex prioribus nuptijs sunt filijs sint exhære- condonatum: nisi fortè ante prædictam constitutionem dari. iudicialis sententia & transactio inter partes facta, de his²² Ingratitu- aliquid statuerit. 2 ¶ Et²³ quoniam mater excludebatur do fratri po- quidem a filio masculo, hoc faciente senatusconsulto 70 test obijci: & quod Tertullianum uocant: filiabus autem commisceba- ob ingratitu- tur: nos non querentes filiorum ius, sed exinde ei legiti- dinem frater ma iura dantes, uocamus²⁴ quidem eam etiam cum maf- fratrem ex- culis fratribus morientis in tantum in quantum²⁵ nume- hæredare po- rus filiorum fuerit: quatenus & ea partem habeat tantam test. adeo ut interpres existimèt eo casu fratri exhæredato nullam competere que- relam in officio, etiam turpibus personis institutis. 26 Ingrati loco ha- beretur, qui mortem fratri procurauit, qui se aduersus eum criminaliter inscripsit, qui omnium bonorum litem ei dictauit. 27 Nota signa ingra- titudinis. ¶ adde l. 14. ff. de bon. libert. olim id minimè nocebat l. 6. ff. de cognati. 28 hinc sumpta est Authentica, Et cum Cod. ad Sc. Tertullian. 29 Nouell. 2. cap. 3. § 3. Verf. frater Inst. de Sc. Tertull. l. 5. Cod. ad Tertull. 30 l. 7. C. ad Tertull. 31 id est in capita.

quantam vnusquisq; fratrum. Si uero permixti masculi & foemina fuerint: hoc ipsum disponentes. Si uero mater & filia solæ consistant, ibi senatusconsultum mediam quidem partem dabat matri: residuam uero mediam fororibus, quantæcunq; extitissent. Quod quoniam non primitus correximus, modo adducimus ad competentem correctionem, & in isto casu uocantes eam pro³² rata filiarum: quatenus quantum vnæquæque filiarum habet, tantum solummodo & ea accipiat: & in omni casu hic relato, in uirilem portionem (hoc quod legis est) etiam mater ueniat: siue consistant soli masculi, siue solæ foeminae, siue etiam permixta utraq; soboles.

Ut parentes studeant equalitatem inter liberos primi & secundi matrimonij seruare.

Cap. XLVIII.

Illud quoq; super hoc adijcere legi iustum existimauimus. Si enim moriatur uir aut mulier filios habentes & 20 ex prioribus & ex secundis nuptijs, quas post hanc no- stram contraxerint legem: (in his enim præsentia disponi nec concur- mus) quæ quidem super lucris ex nuptijs seruari oportet, rit cum sororibus defuncti parentibus legitimis & non ingratis relinquere si- cessit in meram dimidiam. omni declinare prolem, & quod ex lege est, tantum- (vt sc. habeat modo relinquens prioribus, alia omnia ad secundos tantum sola, deducere, sed aliquid & prioribus adijcere. Nam si ali- quantum re- queat ex secundis habeant nuptijs, aut etiam ex primis liquæ omnes forsân, ita festiuum, ita dilectum, ut uelint præponere e- defuncti soror alijs in possessione: damus licentiam hoc agendi: non res) vt olim s. tamen omnino priores quidem filios minuire, secundos eod. sed in u- autem augere: sed neq; uehementer magnificare augmen- rilem. tum, nec omnino obliuisci priorum matrimoniorum: neque infirmare ea quæ a præcedentibus nos de talibus dicta sunt: sed prouidere quidem & secundis, prouidere autem & primis: cogitantes, quoniam ambo filij sunt: & ita facientes successionum in testamentis diuisionem. si 40 enim intestatis eis mortuis lex omnes ex æquo³³ uocat: 41 Liberi, ma- competens est eos imitantes legem, non uehementer ma- tri ex æquo gni eos abbreviare minutionibus, erubescere legem, sic succedunt ab enim erunt boni patres, & nostra digni legislatione: & i- 42 usti quidem erunt solam legem custodientes. Si quid au- tem etiam supra legem reliquerint: erunt iusti simul & humani patres: & non hæc dicimus inter gratos & ingra- tos filios, (de ingratis enim iam sæpius dictum est) sed de ijs qui magis aut minus diliguntur, cum utiq; multa dif- ferentia sit ingratitudinis, & gratiarum actionis, & dissi- 50 milis honoris. Hanc itaq; partem de æquitate filiorum ex priore & secundo matrimonio uenientium, adhortan- tes³⁴ potius quam sancientes dicimus: alioqui semel au- gentes ab intestato partem omnino filijs relinquendam: 43 studere debet filios suos, rã & usq; ad quatuor quidem filios, quatuor uacias omni- ex secundo ma no definites: si autem ultra quatuor sint, usque ad medi- am substantiæ partem: idoneum iam dedimus filijs sola- trimonio na tium, non ex parua mensura antiquam eorum angustiam tos, quam ex resolutentes. 1 ¶ Sic igitur præsentis lex futuro tempore primo prærea sanciens, sicut sæpius dicentes præuenimus, & nihil prio- tos, a quis rum tangens, sed collecta uindicque & complexa sub vna portionebus 60 continuatione, & omnia penè de secundis pronuntians hæredes scri- nuptijs: & priora quidem prioribus³⁵ in sua uirtute seruans, bere. Hæc ta- quæ uero ab ea disposita sunt, futuris secundis explanans men adhorta nuptijs, & nouam quandam uindicque ac subtilissimam in- tio necessita- troducens quærentibus utilitatem: omnibus quæ super tem parenti- talibus positæ sunt constitutionibus, in futuris post hanc bus non im- nostram legem nuptijs, & quæ ex his euenerint, vacanti- ponit bus: hæc uidelicet vna constitutione futuro tempore, se- 70 cundum quod a nobis definitum est, in ijs qui continen- tur in ea casibus, pro eunctis sufficiente.

EPILOGVS.

Hæc igitur tua celsitudo omnibus gentibus quæ sub tuo sunt cingulo³⁶, solenni modo manifesta fieri præcipi- 4 sub tua iu- at: ut omnes agnoscentes quia maiorem laborem susti- risdictione. neantes quam oportet imperialibus incurere cogitatio- nibus, tamen nihil prius illorum duximus salute, ne u- didique emendicent quod iustum est: sed omnes uidentes in vnum collectam de hac legislatione partem, sciant 50 quia & priore ijs quæ iam posita sunt, seruauimus legem: & futuro tempore competentem posuimus congruentiam. Datum XV. Kalend. Augusti, Constantinop. post³⁷ Belisar. V. C. Cos. Scriptum exemplum³⁸ Patricio i. anno 536. f. 70 iobtu- glorio.

¶ & ita abro- gatur d. l. 7. Fratri ab inte- stato succe- dunt fratres ac sorores cu- defuncti ma- tre uiriliter, i. æquis por- tionibus. Et sic mater ho- die nõ exclu- ditur a mascu- lis fratribus, ut olim s. eo.

¶ & ita abro- gatur d. l. 7. Fratri ab inte- stato succe- dunt fratres ac sorores cu- defuncti ma- tre uiriliter, i. æquis por- tionibus. Et sic mater ho- die nõ exclu- ditur a mascu- lis fratribus, ut olim s. eo.

¶ & ita abro- gatur d. l. 7. Fratri ab inte- stato succe- dunt fratres ac sorores cu- defuncti ma- tre uiriliter, i. æquis por- tionibus. Et sic mater ho- die nõ exclu- ditur a mascu- lis fratribus, ut olim s. eo.

¶ & ita abro- gatur d. l. 7. Fratri ab inte- stato succe- dunt fratres ac sorores cu- defuncti ma- tre uiriliter, i. æquis por- tionibus. Et sic mater ho- die nõ exclu- ditur a mascu- lis fratribus, ut olim s. eo.

¶ & ita abro- gatur d. l. 7. Fratri ab inte- stato succe- dunt fratres ac sorores cu- defuncti ma- tre uiriliter, i. æquis por- tionibus. Et sic mater ho- die nõ exclu- ditur a mascu- lis fratribus, ut olim s. eo.

¶ & ita abro- gatur d. l. 7. Fratri ab inte- stato succe- dunt fratres ac sorores cu- defuncti ma- tre uiriliter, i. æquis por- tionibus. Et sic mater ho- die nõ exclu- ditur a mascu- lis fratribus, ut olim s. eo.

¶ & ita abro- gatur d. l. 7. Fratri ab inte- stato succe- dunt fratres ac sorores cu- defuncti ma- tre uiriliter, i. æquis por- tionibus. Et sic mater ho- die nõ exclu- ditur a mascu- lis fratribus, ut olim s. eo.

¶ & ita abro- gatur d. l. 7. Fratri ab inte- stato succe- dunt fratres ac sorores cu- defuncti ma- tre uiriliter, i. æquis por- tionibus. Et sic mater ho- die nõ exclu- ditur a mascu- lis fratribus, ut olim s. eo.

filium praefecto huius almae urbis. Scriptum exemplum Basilidæ gloriosissimi magistro sacrorum officiorum ex praefecto, ex consule, & patricio. Scriptum exemplum Triboniano gloriosissimo quaestori iterum & ex consule. Scriptum exemplum Germano gloriosissimo magistro equitum sacri Praesentis, ex consule & patricio. Scriptum exemplum Tzigæ gloriosissimo magistro peditum sacri Praesentis, ex consule & patricio. Scriptum exemplum Floro gloriosissimo comiti sacrarum rerum priuarum & ex consule. Tua igitur excellentia cognoscens ea quae nobis placuerunt, in iudicio tuo insinuet tam aduocatis, quam alijs, quibus praes, secundum hanc nostram constitutionem sufficientibus his, quae hac de re à nobis scripta sunt ad Ioannem gloriosissimum sacrorum per Orientem praetiorum praefectum, iterum ex consule & patricium. Dat. 15. Kal. April. Constant. post Bilisarij V. C. Conf.*

^a i. 536.
^b dixi ad 49.
^c ff. i. Huic nouellæ respondet constitutio 24. apud Iulianum.

^d dixi ad 49.
^e ff. i. antiquis legibus l. i. §. 5. 7. l. 2. ff. quæ ad appell. §. 6.
^f §. 5. Co. de appellat.
^g d. §. 5. 7. d. l. 2. d. §. 5.
^h d. l. i. §. 5. l. 5. l. 20. ff. de appellat.

ⁱ hinc sumpta est authentica, Hodie C. de appellat.
^k A sententia iudicis appellandum intra decem dies, siue propria sit, siue aliena causa.

DE APPELLATIONIBVS, ET intra quæ tempora debeat appellari.

Tit. II.

Hanc legem non habent Scrimgeriana & Haloandrina editiones, sed eius tantum argumentum & summam: quod argumento est hanc vulgarem translationem ex meliore & integriori archetypo desumptam, quam illam aliam editionem, sed & omnes Nouellæ Latinae desunt in illis nouis editionibus.

NOVELL. CONST. XXIII.

Imperator Iustinianus August. Triboniano gloriosissimo quaestori iterum, & ex consuli.

PRAEFATIO.

ANTERIORVM legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hæc circa appellationes facientes, in praesenti ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cautum erat, ut si quis per se legitime exercuerit, & fuerit condemnatus: intra duos dies tantummodo licentiam appellationis habeat: si autem per procuratorem causa ventilata sit & in triducta, non sine proximo eam extendi. Ex rerum experientia inuenimus hoc satis esse damnosum. plures enim iudicis intra homines ignorantos legum subtilitatis, & putantes in triduum esse prouocationes porrigendas, in promptum periculum incidisse, & biduo transecto causas perdidisse. vntemporis re de necessarium duximus huiusmodi rei competenter stitutio & leg. mederi.

^l §. 4. Co. de tempo. appell.

^m Hæ Principis interlocutiones erant, nostra serenitas, nostrae spatium à recitatione sententiae numerandum, iudicibus tas, & mafeub- ab ijs quorum interest offerri: siue magni, siue minores tado. Aduo- sint, (excepta videlicet sublimissima praetoriana praefecti iisdem vo- cabulis apud Principem vt- omnibus inspectionis copia, quæ indiscussos hominum calores potest refrenare.

Cap. I.

ET sancimus omnes appellationes, siue per se, siue per procuratores, seu per defensores, vel curatores, vel tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium à recitatione sententiae numerandum, iudicibus ab ijs quorum interest offerri: siue magni, siue minores sint, (excepta videlicet sublimissima praetoriana praefecti iisdem vocabulis apud Principem vt omnibus inspectionis copia, quæ indiscussos hominum calores potest refrenare.

De consultationibus.

Cap. II.

AD hæc sancimus, si quando lis speratur in nostrum inferri consistorium: si forte contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis ex mundanis prouisionibus, non posse conuocare patres quatenus causa agitur: non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen imperatorum occupetur: vel quis tanta auctoritate, ut nolentem principem possit ad conuocandos patres ceterosque preces coarctare? Sed si quid tale euenerit, causa intacta permaneat donec imperator sua sponte motus & conuocari proceres iusserit, & litem inferri patiat, & omnia secundum morem procedere.

ⁿ §. 4. Co. de tempo. appell.
^o id est, senatum Iulian.
^p Simora Imperatoris sententia ferri non potest, iudicij praescriptio non obijcietur.

De appellationibus in Aegypto, Asia, Ponto, &c.

Cap. III.

Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autem neglexit. Cum enim veneranda verustatis auctoritas ita magistratus digesserit, ut alij maiores, alij medij, alij minores sint, & appellationes à minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent: nouitas autem hoc deliquerit: euenit ut super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur: & homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendijs: ut forsitan totius litis aestimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque Libya prouocatio speratur, vsque ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc regiam urbem eam venire, sed ad 500. aureorum praefectum Augustalem, qui audiat, & causam dirimat vice sacri cognitoris: nulla ei penitus post definitiuam ut Iulianus sententiam appellatione porrigenda. Similique modo ait consti. 24. do quoties in Asiana dioecesi vel Pontica tale aliquid emerferit, vsque ad praedictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros spectabiles, comites fortè, vel praefules, vel praetores, vel moderatores, quibus die non specialiter easdem lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad similitudinem praefecti Augustalis vice sacri cognitoris intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen & legum timore proferant decidendas. Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, & vsque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum spectabilem comitem Orientis mittere: simili modo audientiam & finem eis impositurum.

¹⁰
²⁰
³⁰

Ut à spectabilibus ad illustres appelletur.

Cap. IIII.

Illo videlicet obseruando, ut viri spectabiles duces, vel alij spectabiles iudices, non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantumcumque sint quantitatis, (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed à minore iudicio in maius tribunal ascendere) sed ad illustrissimam praefecturam, illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis, (ut dictum est) dirigantur, qui vna cum viro excelso pro tempore quaestore eas dirimat: utroque officio subministrante, id est, tam ex sacris scribibus more solito, quam praefecto praetorio. Ita tamen hæc sancimus, ut nec à ducibus, vel alijs spectabilibus iudicibus, quibus fortè, etsi priuati sint, imperialis maiestas iudices currat: ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur. Sed à praesidibus quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referretur. Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt, vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati: vel ij qui a principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem: eorum appellationes sub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referantur: omnibus alijs quæ de appellationibus statuta sunt vel ab antiqua profapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel à nostra humanitate, intactis illibatisque custodiendis. Datum Kalend. Iulij Constantinop. post Bilis. V. C. Conf.*

⁴⁰
⁵⁰
⁶⁰
⁷⁰

EPITOME SUPERIORIS constitutionis.

DE APPELLATIONIBVS, AD QVEM nam remittantur, si res ob quam appellatio instituitur, non supra auri libras decem valeat.

^q Auri libra 72. aureos constituit l. 5. Co. de susceptori- bus lib. X. Decem librae auri efficiunt 720. aureos. ^r Supplicare tamen licet l. 5. n. C. de sent. pref. prat.

NON principalis litigator duntaxat, verum etiam procurator eius, defensor quoque, & curator & tutor, intra decem dies à lata sententia prouocare potest. A praetoriorum praefectis prouocare non licet.

*

quæ intibi à nobis iubentur. nemini autem alij omnino copia fiet deprædandi subditos, quo magis aliquando prouincias iterum refertas hominibus, iterum suis ciuib. efflorescentes, neque vndiq; huc confluentem videamus hominum multitudinē, qui propter improbitatem præsidum in suam patriam reuerti non audeant. Ideoq; sancimus ne amplius excellentia tua Pisidicæ gentis magistratus pro diuisis habeat, sed vt vnum in ea sit spectabilis Prætoris officium, quod idem & militare & ciuile existat: quod similiter & publicarum ciuiliūque rerum curam gerat, & militibus præeat, vt mutuo auxilio & iurisdic-tio ex armis vires colligat, & cohors armata condecoretur opem res & lege. Neque enim deinceps aliqua per vrbes orietur seditione, si talem de cætero virum præfecerimus, qui vtroque nobis officio dignus putabitur.

Cap. III.

Quæcumque igitur fiscus erogaturus est, ea secundū subiectam huic sacre nostre legi descriptionē spectabili prætori, circaque ipsum versari solitis præstari iubemus. Vnde & sacre nostre appellationis notam præponi volumus, & qui Pisidia præses erit, is Prætor Iustinianus esto. Obtemperet autem illi Prætoriana cohors, ex probatorijs (vt diximus) constituenda, quæ similiter tam ciuilibus quam militaribus hominibus iuxta & rebus occupata sit. Ad hæc publicorum quoque tributorum exactio hunc præsidem cohortemque eius respiciet, & omnia magistratus habebit insignia quæ etiam modò habet, sellam scilicet curulem ex argento, securim quoque, & fasces. habebit etiam inter milites Adresponsum, adeoque & eo ipso principatum illi inter milites qui ibi locorum sunt, tribuimus, vt ipsos & pulchrè regat, & cogat in ordinem, instruatq; vt non solum latrocinantantes persequantur, sed etiam subditos inter se mansuetos & modestos reddant. neq; item committat, vt seditiones moueantur in vrbus, aut comites quiddam ad fiscum spectans diuellant, sed supra omnes potestatem habeat, nemine prorsus excepto. Collocatus autem hic magistratus sit in medijs & in numerum spectabilium descriptus. Vnde quæcumque in vicarijs olim, hodie in comitibus Iustinianis Pacatiana Phrygia & Galatia prima, item spectabili comite Orientis, & spectabilibus proconsulibus sunt, ea & in hoc existant: sitq; & ipse spectabilis magistratus, & appellationes quæ apud ipsum interponuntur, mittantur huc, & examinentur, sicut in cæteris spectabilibus fieri solet magistratibus: introducanturque in iudicium gloriosissimi præfectorum, in cognitionem causæ, adhibito etiam gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii: propterea quod tametsi is magistratus non nihil in se habet militare, tamen quia prorsus in ciuilem & legitimam mutatus est formam, ideo necessario eundem tenere ordinem debet, qui pro consuetudine iam olim obtinente in spectabilibus magistratibus obseruatus est.

Cap. V.

Quoniam verò nuper sacra constitutione conscripta promulgauimus, vt causæ appellationum, quæ quorundam quingentorum aureorum summam non excedant, à spectabilibus præsidibus huc deuolutæ, in habitu & ordine sacri auditorij examinentur, sancimus, vt si qua eiusmodi causa emergat, scilicet in Pisidia dumtaxat, ex delegatione siue nostra, siue alicuius gloriosissimorum nostrorum procerū, nisi qui datus est iudex spectabilis sit, vt non ad spectabile Iustinianum comitē Pacatiana Phrygia (id quod prius lege determinauimus) proficiscatur, sed ad ipsum deferatur in sua prouincia interposita appellatione, & ipse de ea cognoscat in habitu sacri auditorij, (cohonestamus etenim magistratum hoc etiā) & perfectā illi formam imponat, non remittendam ad hanc aliam vrbe, ne forte paruis de causis magnas bonorum suorū perturbationes & damna litigatores sustineant.

Cap. VI.

VT autem qui vel hoc prætoris, vel alia à nobis inuenta & inuenienda officia suscipiunt, cognoscant quotandē modo prouincias eos gubernare conueniat, visum nobis est, non tantum signa eis præbere administrationis in codicillis, (vt vocant) sed etiam modum præscribere, secundum quem prouinciam administrēt, (quæ quidem, qui nos antecesserūt legislatores, cōsulta quædam præsidalia appellabāt) vt ad hæc intentis oculis propriam dirigant administrationem, perque hanc omni ex parte subditis nostris profint. Vnde & id genus sacra man-

data iussimus in sacro laterculo reponi, vt vnà cum codicillis præberentur præsidibus, tum iusurandum, quod in sacra nostra constitutione descripsimus, præstantibus, tum omnia alia, vt nos ordinauimus, administrantibus. Subijciatur autem à nobis huic sacre legi quædam etiam descriptio, quæ exprimat quid ipsum cum deligitur, præbere conueniat occasione codicillorum officij, siue in sacro laterculo, siue in foro gloriosissimorum præfectorum, quid rursus illi, item adfessori, & circa ipsum versari solitis porrigatur ex publico: vt omnibus nota facta prouidentia quam circa officia gerimus, ille incontaminatum nobis & vndique spectatum suum exhibeat ministerium. Hanc sanè legem tum sacrarum nostrarum constitutionum lectio monstrabit, (iussimus enim & hanc inter eas describere) tum ipse ad effectum deduces, vt perpetuò in ipsis factis reluceat conspiciaturque.

OPORTET prætori Pisidicæ annonarum, & capitum, ac reliqui solatij titulo præberi solid. 300. eius adfessori solidos 72. eius cohorti aureos 52. Rursus pro codicillis administrationis oportet ipsum præbere sic. Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, solid. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, solidos 45. eius adiutori, solid. 3. cohorti gloriosissimi præfectorum pro iussionibus & omni alia causa, soli. 60.

DE PRÆTORE LYCAONIÆ.

Tit. III.

NOVELLA CONST. XXV.

Imp. Iustin. A. Ioanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli, & patricio.

PRÆFATIO.

VM ad prima illa principia, ex quibus Lycaonum gentem, antiquorum rerum scriptores & enarratores constituisse tradiderunt, respicimus, & quod maximam cum Romanis affinitatem habeat, quodq; ex eadem fermè occasione in vnum coacta sit, maiore, quam hactenus, magistratu eam exornare, iustum putauimus. Si quidem vsu venit, vt olim Lycaon, qui Arcadiæ in Hellade rex fuit, & Romanum solum incoletet, & assumptis quondam Oenotrijs Romano Imperio daret veluti principium (dicimus autem vetera illa, quæ longo antè tempore Ence & Romuli ætates præcellerunt) & deducta in hæc partes colonia, Pisidia bonam partem adimeret, eiq; deinde suum nomen inderet, & regionem ex se Lycaoniam appellaret. Inde adeo iustum fuerit & ipsam magistratu adornare, cui veteris apud Romanos instituti signa & notæ inscribantur, & illos qui hoc ipsam tempore regunt, (de præside ciuilibus iurisdictionis loquimur, & eo cui armorum cura commissæ est) in vnum contrahere, & prætoris appellatione decorare. Est enim hoc nomen quasi iure patrio Romani imperij proprium, & ante ipsos etiam Coss. in ampla Romanorum repub. vsui habitū. Nam veteres Romani suos imperatores prætores appellabant, simulque illis præbebant, vt militaribus præirent copijs, & descriptis ab illis parebant legibus. & prorsus erat hic magistratus ex ambobus contemperatus, præ se ferens & ostentans tam in instruenda acie robur, quam in ferendis legibus rectum & decentem ordinem.

Cap. I.

Quoniam igitur propositum nobis est etiam hinc vtramq; administrationē in vnum contrahere, propterea optimo illi iure prætoris appellationem imponimus, vt vnà cum prætoris appellatione audientium fuit in Pisidia animis infonet ipsius quoque magistratus substantia ac natura, & quod non simplex sit, neque ad vnā aliquam rem tantummodo (nempe vel arma, vel leges) respiciat, sed simul vtrumque ad se munus ex æquo attrahat, quodora maritima, que per copias militum vehemens & robustus, per legem in Lycaoniā lenis & mansuetus sit: & per hanc causam maleficis quidem vehementiorem, probioribus verò ciuiliorem se & moderatiorem exhibeat. Neque hoc sine causa agimus, lerunt. Porro aut solam appellationem attendimus, sed ex vsu ac necessitate Lycaonia magistate magistratus quoque metimur. Nam fortes ea regio ex parte viros habet, neque in vilo differt ab Hauria in medio, vt campestris, quæ mediterranea, aprica, equorum alitrix existens, tum idem ibid.

Ecc

* Alterius sic altera poscit opem res & lege. Neque enim deinceps aliqua per vrbes orietur seditione, si talem de cætero virum præfecerimus, qui vtroque nobis officio dignus putabitur.

Ideo apud Iulianū constit. 17. conceptus est hic titulus, de officio prætoris Iustinianici Pisidia. ex serinio libellorum. Nouel. 25. c. 1. l. 6. §. 5. de diuers. off. & assessorib. διαφών ἐξ ἀργύρου, Carrucam argenteam vocat Iulianus hic.

ἡ δὲ ἐὶς ἀπόκρισιν. Hal. ad responsum propter milites Iulianus. Ad responsum ἀποκρισίου eius. responsa dans vice magistri militū Nouel. 25. c. 1. inf.

Non. 8. c. 2. d. Nouel. c. 3. d. Nou. c. 5.

trecentos, legit Iulianus hic.

Non. 8. c. 2.

τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς. mandata præsidis Scrimger.

Novell. 8.

Notitia præsidis Pisidia.

6. Eclog. 8. de officio prætor. Lycaoniae Iulian.

Annales probant Nou. 24. c. 1.

v. Pausania 8. Arcad.

Qui præses olim Lycaoniae prætor.

idem ergo hic constitui respectu Lycaoniae q̄ constitutum fuit in Pisidia

Nouel. 24. c. 1. Ammianus respiciat, 14. Relicta orafra maritima, Lycaoniā adnexā Ifauriam se contumoderatiorem exhibeat. Neque hoc sine causa agimus, lerunt. Porro aut solam appellationem attendimus, sed ex vsu ac necessitate Lycaonia magistate magistratus quoque metimur. Nam fortes ea regio ex parte viros habet, neque in vilo differt ab Hauria in medio, vt campestris, quæ mediterranea, aprica, equorum alitrix existens, tum idem ibid.

multos viros, tum multos equos enutriat. magnus quoque in ea numerus est magnorum pagorum, & virorum ad equitandum, ad sagittandum, ad animos sine negotio & celeriter excitandos, ad arma promptè tractanda, denique tam ad militare imperium fortè auerandum, quia illorum status priuatam ipsis fortunam & solis civilibus magistratibus subditam adscribit, quam ad hoc rursus *ciuile scilicet* contemnendum, quia soli obtemperare legi, quæ non item strenuitatem quandam adiunctam habeat, audacioribus formidabile est, idoneorum. Hæc nos permouerunt vt hunc quoq; magistratum quemadmodum apud Pisidas fecimus, coadunatum redderemus, & nostro apposito nomine Pratoris ei appellationem inderemus. volumus etenim & hunc Pratorè Iustinianè Lycaoniæ appellari, quomodo sanè & Pisidiæ, & aliorum. Deinde vtramque etiam cohortem in vnam contrahimus, & cui *ciuilis*, & cui *militaris magistratus presuit*, ac *pratorianam illam appellamus*, constituendam ex probatorijs, more solito ex sacro libellorum serinio, ex quo olim & duciani eas ferebant, procedentibus. mensuramq; illius ad centum vsque virorum numerum extendimus, & vtriusque magistratus annonas illi adsignamus, sed & adfessori & reliquis. Quæ quidem ex subiectis sacra huic nostre constitutioni descriptionibus clara faciemus. Habeat item Ad responsum, *sive apocristarios*, vt inter milites omnia rectè gerantur atque ordine. adeoque & alijs cum militibus qui per dictam prouinciam stationes agunt, imperitare sancimus.

Nota de pre-
tore Iustina-
neo Lycao-
niæ.

ἡτοι ἀπο-
κρισταίους
Scrimg. lege
ἀποκριστα-
ειον. de apo-
cristarijs ad.
Noell. 24. c. 4.
Iulianus hic,
habeant au-
tem & Adre-
sponsum.

Præsumi-
tur gratis iu-
dicaturus,
qui gratuitò
administra-
tionem succe-
dit.
Noell. 8.
c. 2.

l. 13. ff. de off.
presid.
Nota gra-
uitatè scele-
ris raptus vir-
ginis. videtur
n. hoc scelus
grauius ho-
micidio.
Noell. 24.
c. 2.
Infr. de off.
ind.
Noell. 24.
c. 3.

Cap. I I.

Mitemus sanè, qui id officij suscepturus est, vnum aliquem de probatis, & de numero nostrorum procerum, vnde & olim pratores procedebant, suisq; laboribus adornabant rempublicam, nunc residentes in solo Italico, nunc proficiscentes ad loca forensia. Ac talis quidem semper sui ipsius memor, & vnde illi hæc administratio accesserit, venerandum se præbeat subditis, horrendum latrocinantibus & maleficis, omnia maiore cum fiducia peragens. Neque dubium quin puris vtetur manibus quandoquidem & officium gratis suscipit: & alioqui lex nostra nuper à nobis lata, omnibus omnino magistratib. in ipsa descriptis præcipit vt manus contineant (qua de causa & iuramentum præstant) & secundum leges nostras diiudicent, omnemq; æquitatem & iustitiam subditis impertiant. Eo pacto cum reipublice suæ statum vereres Romani exornarent, omnibus alijs rebus publicis potiti sunt. Quis enim hunc magistratum non reueretur simul & horreat, videns duplici eum forma excubias agere, tum vt quæ lex iubet, facile ordinet, tum verò si quid de lege violetur, vt hoc armis corrigat? **1** Quibus autem de rebus Pratorum Pisidiæ in lege quæ de ipso conscripta est, appellauimus, de ipsdem pulchrum putauimus & hunc appellare. Oportet enim vt eum vndique gratuitum hoc officium suscipiat, ab omnibus & ipse foribus alienissimus sit, his solis contentus, quæ fiscus præstat, prout iam antè de præsidalibus officijs lata lex disse- rit, vt item in rebus gerendis syncerum & iustum se præbeat, ac quomodo administrationis ratio permista est, ita & ipse harmoniam animi sui nunc acutioribus & inten- tis, nunc lenioribus & remissis sonis contemperet.

Cap. I I I.

Ed neque socordie se dedat, neque alicui iniuriam faciat, ne eius prouinciæ homines cui præest, propter iniurias illas acceptas regionem suam relinquunt, & continuè nobis hic facessant negotia. Quin ipse prius audientia his quæ ad eum referuntur, præbeat, eaque disceptet: & vsque memor honoris quem illi detulimus, ita administrationis laboribus se exerceat, vt laudem inde, & à rationibus gesti magistratus reddendis dicendaq; causa immunitatem consequatur, illud certò sciens, quod si quis nos adeat referens domesticam sibi rem incommo- dis affectam esse, si quidem expertus apud eum, ius suum

obtinisset, hunc ipsum sine aliquo dato responso remita- temus. si verò cum prius ad ipsum retulisset, deinde non obtento iure suo, ad nos decurrat, tunc non illi nos in pos- terum, sed ei qui magistratu fungitur, iudicium consti- tuemus, & quemadmodum amplioem ei honorem red- didimus, ita & si socordie eum se dare, & his quæ in ipsum contulimus, negligentius vti deprehendimus, opem fe- remus legibus, & conuenienti eum animaduersione per- sequemur. & quemadmodum ille neque verba nostra, ne- que leges, neque formam & gradum magistratus veretur, ita neque nos ipsum verebimur, sed perinde ei obuiabi- mus, vt & ipse rerum administratione vtetur. & siue sordi- dis eum manibus vt, siue ad effectum aliquem respicere, siue leges nostras transgredi deprehendimus, nos vigo- re legis ad facti sui rationem reddendam eum sistemus. neque enim vt subditos seruemus, pecunijs, aut qua- piam aliarum rerum quæ nobis suppetere, pepercimus.

Cap. IIII.

Oportet præterea ipsum prouidere, vt omnia rectè atque ordine fiant in ciuitatibus, & primum quidè vt ciuitates sub ipso collocatae seditionib. careant, ex omni parte æquitatem conseruans & summo studio prospiciens ne nimium subditis indulgeat, & frena rela- xet. **1** Deinde neque opera in ciuitatibus negligat, ne per hanc causam deminuantur vel aquarum ductus, vel ipsorum pontium transitus, vel murorum munitio, vel cura itinerum, sed omnia reficiat, aut saltem ad nos referat, vt partim ex ciuilibus ea reditibus, partim nostra liberalitate queant reficere. **2** Neque item commit- tat vt exactoribus, qui à nostris hinc proceribus com- meant, sit in aliquo damnus subditis nostris inferendi licentia, aut vt hi subditos nostros grauent qui consuetas illas iustiones adferunt, quæ olim ad subuersionem eorū qui mediocriter vitam instituerant, de thronis tuis pro- cedebant, nunc iniungentes murorum reparaciones, nūc curam itinerum, nunc imaginum, pontium, portuum, a- qua ductuum publicorum renouaciones, locorum deni- que publicorum ablationes, & ædium quasi in solo non iusto ex ædificatarū demolitiones, & id genus alia magis ad nectendas calumnias expedita: sed ipsemet hæc ad ani- mi sui curam reuocabit, omnia peracturus absque dispē- dio. Si verò nobis visum fuerit maiore eam rem inspectio- ne indigere: sacra pragmatica forma vtetur, *quam sanè* *ad eum magistratum, si videbitur, mitemus*, qua se- cundum ipsum alteri quoque hanc inquisitionem iniun- gamus. Ita aliquando respirabunt subditi, ita denuo efflo- rescent ciuitates, ita qui eas incolunt, magnum incremē- tum capient, neque de patrijs sedibus diffugient rerum suarum incolatum propter præsidum improbitatem qua si terculamentum aliquod metuentes.

Cap. V.

Circuegitur oportet excellentiam tuam, quod vnus & simplex hic magistratus, non duplex futurus sit, vt om- nia quæ fiscus vtrique prius officio præbebat, ea se- cundum descriptionem sacra huic nostræ legi subiecta, tam ipsi det, quam circa ipsum versari solitis, & cohorti eius, quemadmodum & hæctenus præbita sunt. **1** Et publicorum tributorum exactio ipsi simul & obtemperantibus ei pratorianis cohortalibus incum- bet: habebitque vtriusque officij insignia, tamen pluri- ma militaria sunt. tamen & in veliculo sedebit argen- teo, & præcedet ipsum securis, (nam & hoc consularis im- perij signum est) similiter & fasces ipsi cum solennitate præbunt: obseruabitque eum vniuersus exercitus qui per eam prouinciam stationes habet, cui curæ erit, vt & la- trocinia resecat, & iniuria affectis opituletur, & subditos argentariam nostros mansuetos inter se & modestos reddat. **2** Sed neque comitibus permittet, vt ad publica tributa annuat, animamve adijciant. Sed & inter spe- scabiles ipse collocabitur: tamen qui eam administra- tionem susceperit, maioris fortè sit dignitatis, si quidem iulis dignatio eorum, qui prouincias regunt, talis futura est, qualem nos ad quamq; administrationem idoneam fore iudicauerimus. Ipsum verò propter imperium quod gerit, cōueniens est inter spectabiles numerari, inter quos & procōsules & comites Orientis, Galatiæ, & Phrygiæ sunt. **3** Vnde & ipse causis quæ in eius mouentur prouincia, tam pecuniarijs, quam ciuilibus & liberalib. audientiam præbebit, vt id genus magistratibus licet. Appellationes quoq;

d. Noell. 6.
2. inf.

l. 13. ff. de
off. presid.

Noell. 24.
c. 3. l. 7. §. 1. ff.
de off. presid.
Noell. 17.
c. 4.

d. c. 4.

c. 3. §. cod.
Noell. 24. c. 3.

d. vñs ap-
vñs abe-
deira Scrim

habēt Iulian.

Noell. 17.
c. 48.

quoq; contra eius sententias interpositas examinantur hic ex more qui iam pridem in spectabilibus magistratibus. obtinuit, tam gloriosiss. factorum nostrorum pratoriorum præfecti, quam gloriosissimus quæstor, (prout iam inde ab initio traditum est) eo quod alter iam magistratus civilior factus sit admittis legibus, quas etiam in ipsa arma imperium habere volumus.

Cap. VI.

Secundum legem verò nuper à nobis positam, si quæ causa inter prouinciam suam mota, quingentorum aurcorum quantitatem non excedat, quæ per prouocationem deinde à suo transferatur iudice, de hac non Pacatianæ Phrygiæ comes (vt prius diximus) sed ipse cognoscat, et si ex delegatione, siue nostra, siue alicuius gloriosissimorum nostrorum procerum causa alicui commissa sit, modò propter rationes quas nuper in constitutione de appellationibus lata præscripsimus, spectabilis non sit: & causæ finem imponet, non (vt olim) post etiam mittendæ, ne ob paruas occasiones magnorum ea res dispendiorum subditis nostris ansam præbeat. Hæc autem & nos illi manifesta faciemus. Siquidem studio habet potestatis nostra, non tantum vt administrationis signa eis ex codicillis (quos vocant) præbeamus, qualia spectabilibus magistratibus attribui solent, sed etiam ex mandatis principibus, quæ veteres olim principes & legislatores responsa præsidibus edita vocabant. quæ cum nos descripsissemus, iussimus in sacro nostro reponi laterculo, vt inde semper vnà cum codicillis præbeantur magistratibus: ac hi quidem ipsam conferant officium, illa verò dirigant administrandi officij rationem. Ceterum ex descriptione quæ sacræ huic nostræ legi subiicitur, clarum erit tum quid ipsum, cum deligitur, occasione codicillorum officij præstare conueniat, tum etiam quid ipsi simul & adfessori, ac cohorti eius è publico erogabitur. Sed & si quos vicinarum ei prouinciarum præsidēs circa tributariam rationem negligentes inuenieris, non alium emittes, sed ipsos spectabiles præsidēs fatigabis, vt vicinarum prouinciarum præsidibus, si socordia se dedant, immineant, & procurent quo magis ea omnibus in publicum modis inferant.

EPILOGVS.

Præsentem itaque legem nos quidem sacrarum nostrarum constitutionum volumini iussimus inferi, ipse verò ea suscepta, omnia ex illius præscripto agas, immortalem perpetuò beneficij nostri memoriã præ se ferentis. OPORTET Lycaoniæ Prætori in hunc modum præberi. Ipsi quidem annonarum capituum & reliqui solatij nomine, solidos 300. eius adfessori, solid. 72. eius cohorti, aureos 52. Rursum oportet eum præbere spectabilibus chartularijs sacri cubiculi per causam codicillorum, solid. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, solid. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussionibus & omnia alia causa, solidos 60.

DE PRÆTORE THRACIÆ,

Tit. V.

NOVELL. CONSTIT. XXVI.

Imper. Iustin. A. Ioanni gloriosiss. factorum per Orientem pratoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

ILLVD in confesso est, quòd si quis Thracum regionem nominet, statim vnà cum dicto virilitas quædam animus, & militarium copiarum, bellorum ac pugnae cogitatio subeat. Sunt enim ista ingenita & quasi patrio quodam iure huic regioni attributa. Itaque & prius à nobis suscepta est cogitatio redigendi in meliorem statum ea quæ illa loca concernunt, & hoc tempore de his quæ longo iam agitauius consilio, præsentem legem tulimus. Duos sanè vicarios nomine ad Longum murum sedere omnes scimus, quorum alter militares cohortes regit, (est enim magna vis militum eo in loco) alter præfectus est negocijs civilibus. At cum ambo vices illic impleant, hic quidem gloriosiss. præfectorum, ille verò magnanimatorum

magistrorum militiæ, nunquam tamen inter se consentiunt: sed tametsi suas vnicuique fisci annonas separatim suppeditat, & alia præbet solatia, nihilominus vnus hoc sibi negocij perpetuò & indefinenter sumunt, vt contentiones inter se immortales exerceant.

Cap. I.

Rectè igitur atque ordine visum nobis est hic quoque facere, quod apud alias gentes, quamquam non ita efferas, non ita militaris custodiae indigentes, fecimus: & vt non hic quidem civilibus negotijs præsit, ille verò inter milites & solos imperitet, vtrumque officium in vnus contrahere & præficere ei loco grauem aliquem & reuerentia dignum magistratum, qui ex æquò tam civilia illic negocia turet, quam de venusto & decenti ordine militum sollicitus sit. Nam qui prouinciam moderatur, is in alijs versatur locis, vix illis sufficiens. Si verò horum locorum custodia, omniumque ferum per ea loca administratio, & in bonum ordinem collocatio, tum etiam militia bono aliquo viro indiget, & qui idoneè tam milites possit excolere, quam imperitare ex lege: quod tandem illi nomen ex vetustate accommodatum imponemus: aut quam appellationem amplexi, hunc generenti magistratum aptabimus: an verò re ipsa manifestum non est, quòd quemadmodum Pisidiæ rector, & summus Lycaoniæ magistratus à nobis nominatus institutusque est, ita & hic prætor nominabitur assumpto pietatis nominis & legistratoris locum in sua republica tenuit in confesso est, quòd nihil perinde huius magistratus appellationem deceat, quam nomen Prætoris. Siquidem & militum copias reget, & paganos subditos non paucos habebit, quibus ex nostris legibus ius reddet. Denique tam civiles res, quam milites in ijs locis bono aliquo viro indigent. Nam & anterioribus temporibus semper quidam militares viri in summis constituti dignitatibus, tam militaribus illic copijs præstant, quam ceteris auxilio erant, quamuis non milites, sed pagani existerent. Barbarorum enim excursionibus non mediocri opus habent presidio. Quæ verò illos concernunt, ea committi debent vni alicui, qui secundum leges ipsis præire possit, cum multum inter sit inter rectum & peruersum ordinem: & omnibus perspicuum sit, quòd militaris quidem res si sola & per se consistat, vltra quam deceat, efferatur audacia: civilis verò nisi admistum habeat robur militum, infra mediocritatem auctoritate careat: vtrumque verò si in idem cum altero concurrat, omnium perfectissimum & absolutissimum sit, quòdque tam ad gerendum bellum, quam ad tuendam pacem sufficiat.

Cap. I I.

Idèque huius etiam prouinciæ officia copulantur, & Prætor hic Iustinianus Thraciæ nuncupator. Signa verò magistratus à nobis erunt, tam codicilli hinc procedentes in forma ceterorum spectabilium magistratum, quam monita quædam Imperialia, rationem explicantia qua prouinciæ administrationem perficiat, quæ maiores nostri Mandata Principis nuncuparunt, cum quibus in prouincias proficiscentes qui eas sortiti erant, inde quid factò opus esset, accipiebant. Atque ea res semper & pulchrè excellens habita est, magnumque nominis splendorem pratoribus addidit apud plurimas reipublicæ nostræ gentes, & maximè Occidentales, à quibus progressi Romani totum (penè dixerimus) Septentrionem, & Meridiem, & multo maximam Orientis partem suo adiecerunt imperio. Quæ igitur in dicta à nobis lege de prouincialibus officijs scripta sunt, quæ item de Prætoribus Pisidiæ & Lycaoniæ disseruimus, vt & ipsi gratis hic designentur, & gratis se vicissim subditorum nostrorum commodis exponant: omnibus manifesta sunt. In vniuersam enim iam imperij nostri ditionem lex prodijt, & apud omnes vulgatissima facta est. Descriptum sanè & iurandum est, quo magistratus nostros conueniat, cum officia suscipiunt, animam suam deuouere Deo, & tueri subditos nostros in æquitate & iustitia, ab omnibus foribus, inimicitijs, gratia remotissimos. Cæterum cohortales ei non vltra centum apparebunt, habebitque tam civilis quam militaris officij insignia. Insuper aderit illi etiam Adresponsum propter copias quæ illic residet, in quas plenum habebit imperium, & quiduis cum illis ad vtilitatem reipublicæ & attendendi & perficiendi licentiam. Publicorum præterea per illa loca tributorum

Ecc 2

Gr Nouell. 24.c.5. Nouell. 3. 6.2.

τὰ σύμβολα τῶν ἀρχόντων.

Notitia prætoris Lycaoniæ.

qui laterculo inferuūt, de laterculo alias dixi.

6. Eclog. 9. de officio prætoris Iustiniani Thraciæ, & de prouocationibus in Thracia porrectis, Iulian. cōstit. 19.

Ouidius, Armiferam Thracem qui negat, alter erit. Statius, Mauortia Thracæ.

Lōgus murus, munimentū præsidium quæ Thraciarum.

Nota de prætoribus Thraciæ.

Prætoris Romani auctoritas adde l. 2. §. 32. ff. de origine iuris.

Fortitudo sine sapientia res barbara. Vana est fine viribus ira. adde l. 2. §. 13. ff. de origine iuris.

de quibus & Nouellam 17.

Nouell. 8. Nouell. 24. Nouell. 25.

d. Nouel. 17.

Gr Nouell. 24.c.1. Nouell. 25.c.1. inf. quid esset Adresponsum, dixi ad Nouellam 24.

exactio tum ipsum tum cohortem eius respiciet: & tota cohors Pratoriana appellabitur, hinc edendis & ex sacro epistolarum scrinio prodeuntibus probatorijs constitutenda, unde tales olim probatoria Vicariana quoque cohors ferebat.

Cap. III.

adde l. 6. §. 3. ff. de off. procons.

Utraque autem habebit, primum quidem, ut a donis & muneribus puras conferuet manus, deinde ut omnem æquitatem subditis nostris tam publicè quam priuatim exhibeat, & litigantibus, & inter se contrahentibus, quò omnem ab ipsis controuersiam depellat. Item ut milites quidem bellicis exercitationibus meliores & alacriores efficiat, paganos verò per legem componat, ut iusti, & ab omni improbitate & malitia immunes reddantur, quò magis hi quidem ad iustitiam, illi verò ad virtutem & fortitudinem progressus faciant. & si belli causa aliqua fiat excursio, facillimè hanc expediat, utraque cohorte præfente, illa quidem alteri subministrante in ijs quæ ciuiles cohortales decet, copijs verò militarijs citra tergiversationem hostiles insultus propulsantibus

facit l. 19. §. 2. ff. de off. praesid.

Oportet in super, ut etiam in causis, siue hæc pecunias, siue crimina, siue aliud quiddam concernant, audientiam præbeat, & rectè secundum leges nostras, & absque omni affectu iudicet, ne aliqui inde excurrentes, nostram inquietent potentiam. Neque enim volumus, ut collatores nostri relicta prouincia sua, à prouinciæ præsidibus despecti, huc adcurrant. Nam si posthac nobis ab his qui ex eo loco commeant, negotium fiet, omnino percontabimur adeuntes, si ea renuntiauerint imperium in prouincia gerenti. ac si edocti fuerimus, quòd ista nõ denuntiarint, cum summa eos increpatione remittemus in prouinciam. si verò illi denuntiauerint quidem, at prouinciæ imperium gerens aut per fœcordiam omisit, aut turpi aliqua de causa legum rationem non habuit, tunc omnem animi nostri motum in ipsum conuertemus. Quemadmodum enim maiores in illum erogationes fecimus, (nimirum utriusque officij) tantæque hominum multitudinẽ eum præfecimus: ita si compertum habuerimus, quòd indignè in hoc versetur officio, neque remissè agemus: neque mediocres pœnas irrogabimus: imò quanto ipsum altius in sublime euehimus si probè se gerat, tanto rursus grauioribus eum percellamus pœnis, si quid contra leges deliquerit. Ad hæc nemini omnino oportet eum succumbere, neque si insigni aliqua dignitate sit præditus, neque si opibus abundet, propterea enim grauioribus & auctoritate plenis eiusmodi tradimus officia: ne quid necesse habeant remittere his qui opibus suis freti, alijs velint inferre iniuriam.

Novell. 25. c. 1.

Cap. IIII.

d. Nouell. c. 1.

Utrabit quoque omnia illic opera publica, neque patietur, ut vel portus, vel muri, vel pontes, vel itinera, vel denique alia vitium contrahant: sed ipse, quæcumque ex ciuilibus rebus possunt refici, ea procuret: si quid verò ex his maiore cura indiget, id per suggestionem ad nos referat, & rationes conueiantur, prout iam a nobis lege sancitum est. Neque enim volumus, ut qui solitas hæc negotiationes, item aquarum peruestigationes, & hortorum, murorum, imaginum, aliorumque id genus reparaciones (quæ quidem omnia olim abrogari placuit) exercent, hi a præfectura quam moderaris, mittantur in prouinciam: sed ipse peruestiget ea quæ fieri debent, & secundum constitutionem nostram rationes illos faciat edere. Quod si nobis placuerit alium ad hoc dirigere: per pragmaticas formas id efficiemus, quæ (si ita visum sit) ad tuam deferantur præfecturam. Nam ut subditos nostros eripiamus & liberemus dispendijs, propterea & magnam pecuniæ vim (ut ex parte vel ipse nostri) despiciamus, & ita amplis annonis tam præfides, quam cohortes & circa illos versari solitos consolati sumus, ne per egestatem fortè, aut eiusmodi aliquid, parum decentibus factis occupentur, sed insigni dignitate præditi, & de am-

Rektor Thra plo senatorum ordine sunt, & ita cum Dei & nostri memoriam versentur in prouincia. Quæ si nullo vnquam pæsenatorio in-cto memoria neque huic exciderint, per omnia se ipso signitus. Ac si veteres Romani consularibus tantum & pratorijs viris prouinciarum administrationes demandarunt, neque nos alienum a bonis moribus faciemus, si talibus eas tradamus, qui exactorũ hinc in prouincias tendentium, & præter rationem collatores nostros damnis inuoluere tentantium violentias reprimentes, huiusmodi necessitatem queant resoluerè.

Damus etenim ei & curiosius ista indagandi, & prohibendi, & ad nos per suggestionem nuntiandi facultatem, & ut partim ipse per se ea corrigat, partim celerius ad nostram referat notitiam: ut si qua in re imbecilliores sunt, ibi vires crescant, & suppleantur scientiæ & iustitiæ nostræ accessione.

Cap. V.

Hæc etiam in sacris ipsis admonebimus mandatis, quæ vnà cum signis magistratus trademus, ut memores iuramentorum quæ præstāt, & monitorum quæ illis dabimus, prout nos nostrumque de illis meretur iudicium, & propriam exornent vitam, & traditum gubernent officium secundum nostras leges. Quibus ipsis conditionibus magistratum tradimus, dantes illis (ut dictum est) omnem potestatem ut tam in pecuniarijs, quam criminalibus, & omnibus denique causis iudicent, & appellatio apud ipsos interposita ad gloriosissimos nostros quis præficiat præfectos & gloriosiss. decurrat quæstorem, qui causæ communem præbeant audientiam secundum formam dum leges earum causarum, quæ in sacrum introducuntur palatii. iudicet.

Si quàm verò causam minorem quingentis aureis per ea loca prouocatione suspendi contigerit, & si ex delegatione vel nostra vel iudiciali sit, neque is cui ea causa delegata est, spectabilis iudex sit, ut ex illis locis appellatio ad ipsum procedat, eamque audiat in forma sacri palatii. Ornamus enim officium eius hoc etiam modo, & æqualem constituimus spectabili comiti Orientis, & proconsulibus & comitibus Phrygiæ & Galatiæ: ut & ipsum spectabile sit, quemadmodum harum regionum officia sunt, atque in hac forma persistat: ut interim tamen hæc nostra lex clariss. prouinciæ præsidis officium non minuat, sed illo in alijs prouinciæ locis conficiente, quæ quidem propria legum sunt: hoc scilicet demãdatam sibi a nobis sollicitudinem in illis partibus in quibus consistit implente.

Subicietur itè a nobis huic legi descriptio, quæ commemoret & quid ipsum erogare pro codicillis magistratus, & quid ipsum circaque ipsum versari solitos rursus auferre ex publico conueniat titulo annonarum, quas etiam solas ipsos omni alio extra hanc causam lucro abstinentes, accipere permittimus. Propterea enim per maiores erogationes ampliores eos efficiemus, ut & ipsi subditos nostros vndique conseruantes, & iuramentorum quæ præstare solent, memores, ipsis hanc nobis factis remunerationem reddant. Atque hanc sanè præsentem legem habebit quidem legum volumen, sed thronus tuus susceptam eam & memoriæ mandatam perpetuò conseruet in opere. Oportet autem prætori Thraciæ annonarum, capituum, & reliqui solatiij nomine præberi sol. 200. eius adfessori solid. 72. eius cohorti aureos 52. Occasione verò codicillorum præbere oportet eum sic. spectabil. tribus chartularijs sacri cubi- culi soli. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, soli. 24. cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussionibus & omni alia causa, solid. 40.

.i. notitia.

DE COMITE ISAVRIÆ,

Tit. VI.

NOVELL. CONSTIT. XXVII.

Imp. Iustinian. August. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli, & patricio.

P R Æ F A T I O.



Uod quibusdam ante nos imperatoribus, ut in Isaurorum regione facerent, per imaginem & figuram in mentem venit, id nos re ipsa iam per ipsam operum efficaciam tam in Galatia prima, quam Pacatiana Phrygia confecimus, vicarij officio (ut prius appellabatur) cum ciuili adunato, & vna utrinque cohorte constituta, & ipsis (ut oportuit) exornatis, neque non utrique pro vetere appellatione comitis nomine imposito: ut ille quidem comes Galatiæ primæ nuncupetur, is verò nominetur comes Pacatianæ Phrygiæ, utrumque horum ipsorum nostro comitante cognomine.

Datum 15. Kal. Iunij Bilib. V. Col. Iulian. 6. Eclog. 10. De off. prætor. Isauriæ, & de appellationib. in ea porrectis. Julia. cõst. 20. de Isauria v. Ammianum 14.

Novell. 8. c. 3. Nou. 24. c. 4. d. Nouell. c. 2. c. 4.

Cap. I.

Idemque hoc & in Isaurorum provincia precipimus. Neque enim volumus, ut qui de cetero in hoc consistit officio, duplicibus utatur codicillis, & sumat quidem civilis officij appellationem, sumat vero etiam militaris potestatis signa, & duplex nomen circumferat, cum res plane sit eadem: sed iam inde ut vnitum officium habeat, statuimus, quod ipsum & armis provideat, & publica in se recipiat, omnia sub se continens, & vna cohorte utens, quae comitiana appellatur: & suae militiae probatorias ferat ex sacro libellorum scrinio. Obueniat autem omnino & is magistratus gratis, neque quidquam exhibebit numerabitue pecuniae. Et ut ipse quoque puris utatur manibus, quemadmodum reliqui, ad ipsum nuper a nobis editam legem transmittimus. Sed praeter codicillos, qui & ipsum inter spectabiles adscripserunt, dabimus ei sacra etiam praecipua, quae Mandata principis a veteribus nuncupantur, & a nobis rursus in rempub. sunt illata, ex quibus intelliget quae singularium ad eius pertineant sollicitudinem tam in publicis omnibus, quam priuatis tractibus. quidquid praeterea venustum & decorum est, ne quid filicus sentiat a. spendij, & simpliciter quaecunque ipsum facere conuenit, ex iis illi manifesta fient.

Cap. I I.

Hoc vnum sciat, quod & ipse inter spectabiles magistratus collocatus est, & appellationes apud illum interpositas gloriosiss. sacrorum nostrorum praetoriorum praefecti, tum etiam gloriosiss. quæstor noster audient, quemadmodum & Augustalis, & proconsulis, & trium praetorum nuper a nobis in Pisidia, Lycaonia, Thracia institutorum, & Comitibus Orientis, & insuper Comitibus Pacatiana Phrygia & Galatia primæ. Quod si qua in Isauria causa minor quingentis aureis sit, & postea per prouocationem suspendatur, huic & ipse audientiam accomodabit in forma sacrorum auditoriorum. Nam & hoc illi concedimus, dignitatis illi pleniorum magistratum in hac etiam parte efficientes.

EPILOGVS.

Tua igitur excellentia ad praedictorum magistratum imitationem, ea quoque quae hunc concernunt, constituat. Subijciemus enim & descriptionem huic nostrae legi, declarantes quid ipsum cohortemque eius, & eius adfessorem ex publico ferre, quid item nomine codicillorum magistratus dare conueniat. Ac nouerint qui hoc a nobis nuper ad nouam pulchritudinem redactos magistratus suscipiunt, quod & pecunias, quae continue pro officijs offerentur, omnino recusare, & quae non prouenerant, de nostro tam ipsis quam ipsorum adfessoribus dare, & cohortibus largiri, quae ab aliis ablata erant, & ipsis praesidibus maiora adsignare solatia sustinimus, in hoc tantum, ut vndique subditos nostros immunes a dispendijs conseruemus. Quod si quos vicinarum illi prouinciarum praesides negligentius agere circa tributa publica deprehendas: non alium emittes, sed ipsos spectabiles magistratus fatigabis, ut vicinarum prouinciarum praesidibus, si locordia se tradant, immineant: & efficiant, ut omnibus haec modis inferant, quo magistratus multo pulchrior sit & praestantior, quam dudum.

OPORTET Isauriae comiti pro annonis praestari sol. 200. eius adfessori, sol. 72. cohorti eius, aureos 52. Oportet item ipsum praebere occasione codicillorum sic spectabilibus tribus charrularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, solidos 24. cohorti gloriosiss. praefectorum prouisionibus, & omni alia causa, solidos 40.

DE MODERATORE * HElenoponti.

Tit. VII.

NOVEL. CONSTIT. XXVIII.

Imp. Iustinianus August. Iohanni praefecto praetorio.

PRÆFATIO.

Quo pulchrè & lógo antè tempore concinnatum adunatumque; & in sua iam firmitate compositum extitit: id sanè nouare aut diuidere absque rationabili causa, confirmati validiq; im-

Cohors comitiana hic: apparitio comitiana Iulian.

Novell. 17.

Novell. 24.

Novell. 25.

Novell. 26.

Novell. 8.

perij nõ est. Neque enim in verborum multitudine, sed in vero & iusto rerum effectu robur imperij collocandum est. Et tamen circa duos illos (ut vocant) Pontes, nempe Helenopontum, & Pontum Polemoniacum, tale quiddam factum esse didicimus. Cum enim sub vnum antea praesidem ordinata esset prouincia, duo constituti sunt, neque publica id necessitate exigente: neque alio aliquo rationabili praetextu subsistente, quem expedite aliquis & facile inueniat. Ad eoque amplum eius facti testimonium res ipsa praebet, cum in hodiernum vsque diem vno tantum publicorum tributorum & dispositionum tractatore vtraque utatur prouincia. Ac si quis vrbes quae per vtramque sunt, enumeret, vix vnus prouinciae iusta & sufficiens mensura resulter, si modo Helenopontum quidem octo vrbes implent, hoc est Amasia, Ichora, Euchaita, insuper & Zela, & Andrappa, & Aegæum ad climacas, hoc est gradus fitum, Sinopa, & Amisus, antiquae vrbes, sed & Leontopolis, quae & ipsa iam inter vrbes numeratur: aliae vero quinque Polemoniacum Pontum continent, Neocaesarea, & Commana, Trapezus, & Cerasus & Polemonium. Pitiis enim & Sebastopolis inter castra potius quam vrbes numerandae sunt: ut intra hosce terminos vterque Pontus consistat. Post quos tam nostra constituta est Lazica, in qua vrbs Petraeon est, quae nostro beneficio & esse & nominari vrbs cepit, quam quae nostrae pietatis nomine dicitur, & Iustiniana appellatur. Archaopolis quoque & Rhodopolis, maxima & antiqua castra, in quibus planè etiam ea castra sunt, quae nos a Persis recepimus. Scandias & Sarapanes & Murisios ac Lusicros, & si quid aliud praeterea a nobis in Lazis elaboratum est. Hanc deinde Tzanorum regio excipit, sub nostro nunc primum imperio Romanorum ditioni adiuncta. quae & ipsa vrbes partim nuper factas suscepit, partim mox futuras suscipiet. Post istam aliae item gentes consistunt, Suani, & Scymni, & Apfilar, & Abasgi, & aliae, quae omnes (permittente Deo) vel nostrae, vel sociae sunt.

Cap. I.

Sed ad ista quidem nos de his locis instituta oratio detulit. nunc autem denuo ad Pontos & illorum vnitio- nem reuertamur. Ambos enim illos locos, tredecim comprehensos vrbes, iterum nunc in vnam prouinciam contrahimus, assignamusque ipsis tam veterem vnitio- nem, quam modernam appellationem. Namque ab omnibus Helenopontus nuncupator. quod illi nomen a pientissimi. principe Constantino impositum est occasione honestissimi. suae matris, Helena scilicet pientissimi. mulieris, quae nobis etiam sacrum Christianorum signum inuenit. Vetus enim illud nomen Polemonis, quo plerique in Ponto tyranni vsi fuerunt, dehinc quiescit: primum, quia tyranni exstitit: secundo, quia urbem de suo nomine appellatam habet, scilicet Polemonium: tum etiam, quia pulchrius fuerit, regiones Christianorum & regum nominibus designare, quam his quae polemi, hoc est belli, & tumultus praese notionem ferunt.

Cap. I I.

Omnes autem illae tredecim vrbes vnus sunt prouincia, ut tamen neque alterutri in ijs metropoli (Amasia scilicet & Neocaesarea) metropolis nomen detrahatur: & Dei amantes earum episcopi, metropolitani quidem in hac vrbe: qui verò sub metropolitanis collocati sunt, ab his qui metropoles sub cura sua habent (ut haecenus in more fuit) ordinentur. nihil enim circa sacerdotium illarum innouamus, cum multas eiusmodi institutiones inter Dei amatissimos episcopos in vna etiam prouincia existere, tam vetustum saeculum, quam quod per nos modo exornatur, nouerit. Et cum imperio quidem inducitur illis vnus vtriusque prouinciae praeses, cognomento Moderator, quem quis vulgari lingua vsus Harmosten appellet, quandoquidem & moderatoris nomen vetustum est, Romanaque amplitudine dignum: & ipse Harmosten quidam olim magistratus erat, qui e Lacedaemone hinc inde per omnem eius ditionem dirigebatur.

Cap. III.

Vnde qui id officium suscipit, moderator Iustinianus Helenoponti nominator: obtemperantoque illi per eam prouinciam stationem agentes militares copia. Habeto etiam Adresponsum, cuiuscumque conditionis homines omnes se illi submitunto sine vlla praerogatiua priuilegij. Audientiam quoque praebeto in causis tam pecuniarijs quam criminalibus & alijs: minis quidem, sine scripto & gratis: maioribus vero, licet

Imperij robur non consistit in verborum multitudinis, sed in rerum effectibus. Et circa duos Pontes, Helenopontum & Polemoniacum, tale quiddam factum esse didicimus. Cum enim sub vnum antea praesidem ordinata esset prouincia, duo constituti sunt, neque publica id necessitate exigente: neque alio aliquo rationabili praetextu subsistente, quem expedite aliquis & facile inueniat. Ad eoque amplum eius facti testimonium res ipsa praebet, cum in hodiernum vsque diem vno tantum publicorum tributorum & dispositionum tractatore vtraque utatur prouincia. Ac si quis vrbes quae per vtramque sunt, enumeret, vix vnus prouinciae iusta & sufficiens mensura resulter, si modo Helenopontum quidem octo vrbes implent, hoc est Amasia, Ichora, Euchaita, insuper & Zela, & Andrappa, & Aegæum ad climacas, hoc est gradus fitum, Sinopa, & Amisus, antiquae vrbes, sed & Leontopolis, quae & ipsa iam inter vrbes numeratur: aliae vero quinque Polemoniacum Pontum continent, Neocaesarea, & Commana, Trapezus, & Cerasus & Polemonium. Pitiis enim & Sebastopolis inter castra potius quam vrbes numerandae sunt: ut intra hosce terminos vterque Pontus consistat. Post quos tam nostra constituta est Lazica, in qua vrbs Petraeon est, quae nostro beneficio & esse & nominari vrbs cepit, quam quae nostrae pietatis nomine dicitur, & Iustiniana appellatur. Archaopolis quoque & Rhodopolis, maxima & antiqua castra, in quibus planè etiam ea castra sunt, quae nos a Persis recepimus. Scandias & Sarapanes & Murisios ac Lusicros, & si quid aliud praeterea a nobis in Lazis elaboratum est. Hanc deinde Tzanorum regio excipit, sub nostro nunc primum imperio Romanorum ditioni adiuncta. quae & ipsa vrbes partim nuper factas suscepit, partim mox futuras suscipiet. Post istam aliae item gentes consistunt, Suani, & Scymni, & Apfilar, & Abasgi, & aliae, quae omnes (permittente Deo) vel nostrae, vel sociae sunt.

Imperij robur non consistit in verborum multitudinis, sed in rerum effectibus. Et circa duos Pontes, Helenopontum & Polemoniacum, tale quiddam factum esse didicimus. Cum enim sub vnum antea praesidem ordinata esset prouincia, duo constituti sunt, neque publica id necessitate exigente: neque alio aliquo rationabili praetextu subsistente, quem expedite aliquis & facile inueniat. Ad eoque amplum eius facti testimonium res ipsa praebet, cum in hodiernum vsque diem vno tantum publicorum tributorum & dispositionum tractatore vtraque utatur prouincia. Ac si quis vrbes quae per vtramque sunt, enumeret, vix vnus prouinciae iusta & sufficiens mensura resulter, si modo Helenopontum quidem octo vrbes implent, hoc est Amasia, Ichora, Euchaita, insuper & Zela, & Andrappa, & Aegæum ad climacas, hoc est gradus fitum, Sinopa, & Amisus, antiquae vrbes, sed & Leontopolis, quae & ipsa iam inter vrbes numeratur: aliae vero quinque Polemoniacum Pontum continent, Neocaesarea, & Commana, Trapezus, & Cerasus & Polemonium. Pitiis enim & Sebastopolis inter castra potius quam vrbes numerandae sunt: ut intra hosce terminos vterque Pontus consistat. Post quos tam nostra constituta est Lazica, in qua vrbs Petraeon est, quae nostro beneficio & esse & nominari vrbs cepit, quam quae nostrae pietatis nomine dicitur, & Iustiniana appellatur. Archaopolis quoque & Rhodopolis, maxima & antiqua castra, in quibus planè etiam ea castra sunt, quae nos a Persis recepimus. Scandias & Sarapanes & Murisios ac Lusicros, & si quid aliud praeterea a nobis in Lazis elaboratum est. Hanc deinde Tzanorum regio excipit, sub nostro nunc primum imperio Romanorum ditioni adiuncta. quae & ipsa vrbes partim nuper factas suscepit, partim mox futuras suscipiet. Post istam aliae item gentes consistunt, Suani, & Scymni, & Apfilar, & Abasgi, & aliae, quae omnes (permittente Deo) vel nostrae, vel sociae sunt.

* solidos *In-*
lianus.
 τὸ πρῶτον
 τὰς.
 i. morabi-
 tur.
 de quo S.
 Nouellam 8.
 Magistratus
 edo honora-
 tor, quod titu-
 lum habet di-
 gniozem, &
 maiorem co-
 hortium
 numerum.
 Turpia lu-
 cra bono prin-
 cept non ad-
 mittit. Cali-
 gula ex ca-
 pura prosti-
 tutarum redi-
 gebat quatu-
 quaque vno
 concubitu me-
 ruisset, *Suetri-*
nus in Caligula.
 lac. 40. contra
 quam Alexan-
 der Seuerus
 qui lenonum
 vectigal, me-
 reticum &
 exoletorum in
 sacrum ara-
 rium inferri
 vetuit, quan-
 qua sumptib.
 publicis ad
 instauratio-
 ne theatri, cir-
 ci, amphithea-
 tri & ararij
 id deputauit.
Lampridius
in Alexandro
Seuero. Vespasi-
 anus ex lo-
 tio *Sueton.* in
Domit. 23. ali-
 ex umbra,
Plin. 12. Mi-
 chael Paphla-
 go pro aere
 id est spiritu
 aereo ac celo
Cedren. hinc
 apud Harme-
 nopul. caput
 τῶν ζυμῶν
 ἀρεσκῶν &
 Pescenian? Ni-
 get apud Spar-
 tianum. Vos ter-
 ras vestras le-
 nari censitio-
 ne vultis, ego
 verò aërem
 vestrum cen-
 se-
 re vellō. Pro-
 copius tamē
 ἀρεσκῶν in-
 terpretatur,
 φῶσος ὡσπερ
 εἰς ἀστρού φε-
 ρομένην. i. no-
 uam exactio-
 ne & de celo
 excogitatam.
 S. *Cic.* 10. ob. 7.

scripsit interuenientibus, eo tamen sumptu quem sacra
 nostra praescribit constitutio. Item qui hunc magistra-
 tum suscipit, is vtriusque officij annonas fert, surgentes
 usque in septingentos viginti quinque aureos. vnaque; vti-
 tor cohorte, & publicorum tributorum decursio & pe-
 riculum idem & commune esto tam contra eum qui of-
 ficium obtinet, quam contra cohortem: quandoquidem
 & ipsa in vnam coibit formam, & inter se conglutinabi-
 tur, quemadmodum is ordinauerit qui supra prouincia
 positus est. Sed & magistratus adfessor septuaginta duos
 ex publico aureos capiet: & cohors ex ambabus priori-
 bus vna facta, quadringentos quadraginta septem aureos
 feret, & tremissem.

Cap. IIII.

INsuper qui hoc fungitur officio, neque vicarios in lo-
 cum suum per vrbes dimittet (obseruabitur enim & id
 quemadmodum in sacris nostris continetur mandatis)
 sed ipse oberrando vrbes lustrabit, nulla omnino lege
 aut sacra forte pragmatica forma prohibendus, tamen si
 praecedens tempus tale quid iusserit. Staturaque ager
 vbi-
 bicumque illi visum fuerit, vel in vna metropoleon, vel in
 alijs vrbibus, si modò ad eius sustentationem vrbes per om-
 nia sufficit. sordium ipse & lucri abstinens, omniaque
 citra incolarum dispendium gerens. Nam neque ipse, ne-
 que cohortalis, neque miles ipsum comitatus a collato-
 ribus aliquid capiet, aut gratis sumptum faciet: aut etiam
 collatores nostros vel ipse atteret, aut comitantes ipsum
 milites hoc ipsum agere permittet. hoc etenim & ipsum
 pars est nostrorum mandatorum. Ipse certe sacramenti
 memor quod praestitit, & quòd gratis officium suscipit,
 quòdque tam magnum annonarum incrementum me-
 ruit, numquam quidquam aufert accipere, nisi magna id
 cum poena velit restituere: neque vt cohors pereulmodi
 occasionem tale quid vel exigat, vel oblatum accipiat,
 permittens. Et nisi procurauerit, vt milites ipsum anno-
 nis suis contenti sequantur, neque ipse iustam indigna-
 tionem effugiet, irrogatumque ab ipsis damnium compel-
 letur ex eorum annonis exigere, & hoc collatoribus sar-
 cire: Propterea certe maiores hosce magistratus au-
 ctoritatisque pleniore tam multitudine apparitorum
 (centum enim illum cohortales habere volumus) quam
 dignitatis magnitudine (siquidem spectabilem illi magi-
 stratum effecimus) esse volumus, vt necessitatis tempore
 amplioribus vtamur magistratibus, & qui nostris subser-
 uire possint iussionibus. Quid enim facerent hi qui vere-
 re forma praeserunt prouincijs, qui cum paucos circa se
 haberent, paucissimis ipsi imperitabant, modicaque ad-
 modum ferentes è publico, plurima dantes, rapere cogebantur,
 & vnum hoc habere studio, vt sequentibus & vni-
 dique ipsis imminentibus creditoribus occasione pro of-
 ficio datorum nonnihil gratiae referrent & beneficij? Qui
 bus rebus nostros consueuerunt auctonari subditos im-
 pios iuxta & periculi plenos sibi reditus conquirentes.
 Harum nos rerum indignitas permouit, vt non solum
 exinde prouenientibus lucris renuntiauerimus, sed & de
 nostro magnos insuper sustineremus sumptus: & si quibus
 species aliqua magistratus interueniente precio a decessoribus
 nostris tradita esset, adhibita id medicina curaremus,
 atque hoc genere tributum collatores nostros redderemus
 liberos, & officia suscipientibus de nostro solatium
 introduceremus, quòd magis hos quoque libertatis
 participes efficeremus. Siquidem in parato nobis est, Deo
 (vt apparet) talia largiente, vt non solum Astros, & quae
 ibidem gentes sunt, libertate donemus, sed etiam vt eos de
 quibus in meditullio quòdàmodo nostrae reipublice singulis
 ferme annis noua auctio instituebatur, neque tamē da-
 batur sub eodem manere *cauponatore*, sed per modicam inter-
 ualla nunc huius, nunc illius potestati subdebantur, huiusmo-
 di dispendio & turpitudine liberemus. Hanc nos gratiam
 Deo referendam putauimus, qui Imperij nobis coronam
 imposuit, qui communi omnium calculo per patrem no-
 strum purpuram nobis donauit, qui denique tot tantisque
 in nos liberalitates explicuit, quantas nulli maiorum no-
 strorum vquam dedit.

Cap. V.

Portet igitur, vt qui ad hoc officij accedit, sciens
 prudensque quam multis hominibus, quam multis
 praesideat vrbibus, quam venerandus item futurus sit,
 mutata dignitatis forma ex Consulari & Correcto-
 ria in maiorem magistratum & spectabilem, per omnia
 subditis parcat, & indemnes ipsos tueatur. puris etiam
 vbiq; vtatur manibus, & publicum augeat, ad eiusque com-

moda omnem referat prouidentiam: priuatim quoque
 sordibus & muneribus abstinere: & ciuitatibus publice
 simul & priuatim sua iura decernat, oberrando eas perlu-
 stre, & ijs medeat. nihil lucri causa faciat, neque paruū,
 neque magnū, sed bonum & memorabile nomen appetat,
 & diligenter, sancteque per omnia datum iusiurandum
 obseruet. in omnib. denique gratiosum se nobis exhibeat.
 Cauebit verò etiam, ne quod praecipue in Ponto com-
 mitti solet, eius rei cuiusdam facultatem det, vt nempe titu-
 los imponat praedij, vel alienis aedibus. siquidem hoc so-
 lummodo fisci proprium est, & regiarum domuum tam
 nostrarū, quam pientissimae Augustae. Si verò sub alterius
 appellatione tabulas siue titulos impositos deprehendat:
 tam ipsas protinus detrahet, quam eum qui illas affixe-
 rit, peruestigabit. At si quidē is qui se rei dominū esse di-
 cit, hoc fecerit, extemplo illius rebus publicos imponet
 titulos, prius his titulis, quos ipse apposuit, ad caput eius
 impactis contractisque. Si verò alienarum rerum procura-
 tor fuerit, tam titulos (vt diximus) ad eius caput confrin-
 get, quam modicis etiā tormentis eum subijciet, quo magis
 haec perdiscens, cuius causa id factū fuerit, cognoscat,
 quòd neque ipse per se, neque per certos satellites, aut per
 eos qui in hoc assumuntur, vt explendae eius auaritia lat-
 agant, subditos iniurijs afficere liceat.

Cap. VI.

Consimiliter oportet, vt ipse spectabilis Moderator
 latrocinia exercentes, & habendi studio alios defrau-
 dantes, mulieres denique, bona, iumenta, & eius ge-
 neris alia rapientes reprimat, quo incontaminatum ius
 conseruet, & nos recte hoc videamur cepisse consilij: neque
 quibusdā per prouinciam grassantibus, ipsis verò eius fa-
 cti vindictam non repetentibus, poenitentia nos incessat,
 quòd latrunculares & violentiarum repressores cessare
 fecerimus. propterea enim illi etiam milites submissis,
 vt illorum manu instructus, difficilius queat ab insultan-
 tibus expugnari.

Cap. VII.

Hæc nos illi strictim & sub compendio commenda-
 ta esse volumus. Nam quae per partes gerenda sunt,
 ea manifestè perspiciet tam ex lege, quam cum ma-
 gistratus ordinauerimus, in commune omnibus descripsimus,
 quam ex mandatis principalibus, quibus illi datus
 explanabimus quomodo magistratum disponet tracta-
 bitque. Atque haec agens, non solum nobis ingratum non erit,
 sed etiam Deo simul ac nobis animam suam deuouebit,
 & pro magistratu denique bene gesto bonam remunerationis
 spem concipiet. Subijcietur autem & quaedam huic
 factae nostrae legi, per quam clarum fiet, quid ipsum,
 & adfessorem, cohortemque eius ex publico percipere,
 quid item ipsum pro codicillis magistratus praere
 conueniat: vt edoctus quanta in ipsum conferatur
 liberalitas, & ad quantam moderationem impensa pro
 codicillis ab ipso facienda redacta sit, rebus vt aequum est
 & recte vtatur, maiorum insuper gentium & plurium ho-
 minum imperium sperans, si his quae in manibus habe-
 bit, conuenienter vtetur.

Cap. VIII.

Porro damus huic quoque, vt appellationes in specta-
 bilium magistratum forma ab ipso huc transmissa,
 tam apud gloriosiss. praefectos, quam gloriosiss. no-
 strum quaestorem vice factae consultationis disceptentur.
 At si quae causae minores quingentis aureis apud aliquos
 in suo prouincia motae (tamē ex delegatione forte) non
 tamen apud spectabilem actae, per prouocationem suspen-
 dantur: tunc & in hoc grauior venerabiliorque factus, au-
 gmenti nobis in ipsum collati meminerit, & ita in rebus
 gerendis versetur, vt omnibus subditis & nobis ipsis & ante
 nos Deo simul ac legi irreprehensibilem se praebat.

EPILOGVS.

Hæc igitur omnia pernolescentia tua, & tam
 magnas illi annonas addat, & ita amplè eum dignitatis
 effectum sciat, vt floris & dignitatis iam nunc à nobis illi
 traditae cupiditate multis hunc consequi meritò affectabile
 sit.

DE PRÆTORE PAPHLAGONIAE,

Tit. VIII.

NOVEL. CONSTIT. XXIX.

Imp. Iustin. August. Ioanni praefecto praetorio,

PRAEFA-

1.6.5.3. ff. de
 off. praef. consil.
 Nouell. 17.
 c. 15.
 dixi ad l. 2.
 Cod. de nemo
 priuat. l. 1. c.
 de nem. liceat
 sine iudicio au-
 thorit. adde
 Nouell. 29. c. 4.
 d. cap. 15.
 eis nequa-
 lit. aut
 περὶ τῶν
 κατὰ τῆς
 κατὰ τῆς
 τῶν κερδῶν.
 τῶν κερδῶν.
 i. acerbissi-
 mis Iulian.
 Nouell. 8.
 c. 13.
 κατάλογος
 descriptio
 quae & alibi
 ἀπογραφή,
 ac notitia,
 sed & λόγος
 dicitur.
 Datum 25.
 Kal. Aug. Cō-
 stant. Belif. V.
 Coss. Iulian. i.
 anno 535.
 ἡ τοὶ 535-
 τῆς 536. Eclo.
 ii. de prouo-
 catione Prae-
 toris Paphla-
 gonie vel Ho-
 noriados por-
 recta & de a-
 lijs prouoca-
 tionib. in di-
 uersis prouin-
 cijs porrectis
 Iulian. cōstit.
 25. cōstit.
 28. de off. pra-
 tor. Paphla-
 gonie.

P R A E F A T I O.

Solinus, Paphlagonia in ignis loco Heneto, a quo (vt Cornelius Nepos perhibet) Paphlagonia in Italia trasueti, mox Veneti sunt nominati. Plin. 6. c. 2. Quo loco, inq, Henetos adiecit Nepos Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat Henetorum etiam meminit Liu. 1. decad. 1. in prin. Aufonius tamen in claris scribit. Aquileiam nona facit. Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti, Nona inter claras Aquileia celebris vrbes. Itala ad Illyricos obiecta colonia, montes Moenibus & portis celebrissima. Nouell. 28. Nouel. 8. c. 8. Prusias metropolis olim Bithynie, condita a rege Prusia, eo sc. qui Annibalē recepit, vide Strabon. 12. f. Claudiopolis, metropolis Paphlagoniae olim Cythinis. Dion in Adriano. i. non vrile suas contra legem committat. Sed ipse omnia dispensasse duxim. 6. Plin. 2. In Gangrēse tēpore Syluestri Papae 1. 10. concil. dist. 15. c. Annotatio. vnde dicitur compositam, procedentem vsq; ad centum virorum nubonem li. 12. merum, & quadringentos quadraginta septem aureos & q̄ antea Eutremissem percipientem ē publico. Cumque gratis officatoria dicitur suscipiat, gratis item hoc ipsum obeat. Nos enim batur, condita in hac quoque parte subditos nostros redimemus, & his a Mithridate. qui ex consuetudine per occasionem suffragij (vt vocant) Solin. 2. Plin. 2. aliquid percipiunt, dabimus ipsi, hoc nimirum illis per olim Sesthronum tuum erogantes ex publicis eius provinciae trimum oppidū butis: neq; patiemur, vt sub specie & velamento auctoris 6. Plin. 2. subditi nostri in seruitutem adigantur. Neq; enim nos, dixi ad Nouell. 28. c. 8. ad veterem libertatem reduximus: commitemus, vt qui Prefectis, vicario non est opus. Nou. 8. c. 1. Nouell. 17. c. 1.

PAPHLAGONVM gens & antiqua, neq; ignobilis olim exstitit: in tantum quidem, vt & magnas colonias deduxit, & sedes in Venetijs Italorum fixerit, in quibus & Aquileia omnium sub occidentem vrbiū maxima, & quae multoties cum ipsis etiam regijs certamen susceperit, condita fuit.

Cap. I.

HAnc sanē Paphlagonum gentem Honorij pientiss. principis temporibus diminutionem passam, & aliquot amissis vrribus, nulla vtili de causa veteris illius cōtentionis & rigoris remissionem amplexam, nos denuo ad pristinam formam reducēdam esse, ipsam quoque Paphlagoniam ad instar vnus ciuitatis redigēdam, & quae in duob. iam Pontis fecimus, eadem purauimus & in ipsa constituenda: vt qui harum gentium adunatum imperium, & vnum ex duobus prioribus (nempe Paphlagoniae & Honoriadis) factum tenet, is prator nuncupetur (quod nomen & ipsum Romanum est, & prouinciariū rectorib. accommodatum) & vna vratur cohorte ex duobus prioribus conglutinata, quam & centum virorum numerus supplebit. Imminebit autem omnino hic quoque tributis publicis exigendis, tam quae Paphlagonae, quam quae Honoriadis olim incolae pendebant. Praeterea omnibus ex equo vrribus prouideat, quas vtraq; prius habuit prouincia, hoc est in Honoriae quidem, Prusiae, Cratie, Hadrianopoli, Tio, Claudiopoli, & Heracleae. Tametsi enim ex ipsis quaedam, vt Prusias, Heraclea, & ipsa prouincia metropolis & caput, Claudiopolis scilicet, ex Bithynia prius illi assumptae sunt, tamen ex quo semel eō transmigrarunt, magnae curiositatis esse putauimus, denuo ipsas ad Bithynos reducere, & veterem perturbare ordinem. Vnde haec selectae vrbes & in Honoriae prius existentes, erunt iam nunc & ipsae pars Paphlagoniae. Inter ipsos verō Paphlagonas iurisdictionem habebit in alias sex vrbes, quae iam inde ab initio ad eam prouinciam pertinent, nempe Germanicopolin, Gangram, Pompeiopolim, Dadybros, cumulos Amastridis, & in super Ionopolin. Et duodecim omnino totius prouinciae vrbes erunt quantum ad praesens institutum. Ceterum circa sacerdotia nihil in nouamus, sed metropolitani qui olim sacerdotia hic suscipiebant, tam in eodē manebunt ordine, ipsorum ordinatione quo ad locum non mutanda, sed ab huius almae vrbs beatiss. patriarchis ordinandi, quam quos sub se positos haecenus ordinarunt, eos & nunc ordinantes, non de illis inter se dissideant, non confundantur. Et vna de cetero fiet prouincia, plures habens metropoles, id quod & in alijs quibusdam nostris exstitit prouincijs.

Cap. II.

Nimvero qui totius prouinciae imperium tenet (appellatur autem tota prouincia, quemadmodum & ante, Paphlagonia) etiam oberrando vrbes iustrabit, nulla id factum prohibente sacra forma olim fortē ad talium prohibitionem composita, sed neque vicarios in locum suum hinc inde per vrbes dimittens. Omnino enim hoc ipsum prohibemus, si quidem turpe est, vt quamdiu ipse in prouincia ius reddat, interim alteri quoque vices suas contra legem committat. Sed ipse omnia dispensasse duxim. bit, & publica tributa summa cum animi promptitudine profligabit, neque plus neq; minus exigens. Iustitiae praeterea consentaneam aequabilitatem retinens, simul prouidentiam adhibebit, vt si quid damni fisci accepit, id ipse corrigit: simul vrbes illas tam publicē quam priuatim stratus habebat surgentem in septingentos viginti quinque aureos capiet. tum adfessorem habebit, qui septuaginta duos ferat aureos: & cohortem vnam ex ambabus compositam, procedentem vsq; ad centum virorum nubonem li. 12. merum, & quadringentos quadraginta septem aureos & q̄ antea Eutremissem percipientem ē publico. Cumque gratis officatoria dicitur suscipiat, gratis item hoc ipsum obeat. Nos enim batur, condita in hac quoque parte subditos nostros redimemus, & his a Mithridate. qui ex consuetudine per occasionem suffragij (vt vocant) Solin. 2. Plin. 2. aliquid percipiunt, dabimus ipsi, hoc nimirum illis per olim Sesthronum tuum erogantes ex publicis eius provinciae trimum oppidū butis: neq; patiemur, vt sub specie & velamento auctoris 6. Plin. 2. subditi nostri in seruitutem adigantur. Neq; enim nos, dixi ad Nouell. 28. c. 8. ad veterem libertatem reduximus: commitemus, vt qui Prefectis, vicario non est opus. Nou. 8. c. 1. Nouell. 17. c. 1.

nobis ipsis semper additi fuerunt, alijs seruiant: quin potius Deo, qui multis per nos gentibus libertatem elargitus est, subditorum nostrorum vsque nouis auctonibus oppressorum libertatem (quo ad eius fieri potest) quasi donarium aliquod offeremus; neque oblaedentes eos qui iam accipiunt (introducemus enim solitam illis ad hoc securitatem) neque item permittentes, vt datē pro officio pecuniae nomine magistratus quasi mancipium aliquod subditos nostros a vendētib. coemant, & reuendant iniuriam inferētib. Esto igitur inter Pontici tractus prouincias & haec vna, duplex antea (haud scimus qua de causa) facta. appellabuntq; (vt diximus) eum qui prouincia praerit, Praetorem Paphlagoniae Iustinianum. licebit autem Graeca ipsum lingua etiam Strategum appellare.

Cap. III.

Praeterea semper illi in memoriam rediges iusiurandum, cuius interuētu officium suscipiet, vt puras manus, neq; turpi lucro sordidas habeat, vt fisci commoda iustis & vndique inculpatis accessionibus augeat, vt subditis nostris aequitatem & iustitiam impertiat tam in causis publicis, quam priuatis, siue contrahant, siue iudicio inter se contendant. Vrbes autem absq; laesione subditorum iustrabit, vt neque ipse, neq; adfessor, neq; quod ipsum sequitur famulitium, siue ex militibus, siue ex cohortalibus, siue ex seruis, aliquid lucretur, aut gratis sumptus faciat. Oportet enim vt tam ipsi ex ijs annonae quae porriguntur ipsi ē publico, sumptus faciant, cum conueniente mediocritate agentes vitam: quam milites, qui ipsos comitantur, cognoscant, quod si non suis contenti annonae iter faciant, sed collatores nostros ausi fuerint tētare iniurijs, aut damnis inuoluerē, aut gratis sumptus facere, collatoribus indemnitas futura est ex ipsorum annonae per eum qui magistratu defungitur, vt ipse tam eas repetat, quam etiam ex illis suo periculo collatoribus indemnitas asserat.

Cap. IIII.

Atque haec sanē lex nobis de Paphlagonibus posita esto, honoratiorem illis magistratum efficiens, vt qui inter spectabiles numeretur, praebens ipsi auctoritatem tam in prouinciales milites (quatenus tamen iuste eis praecipiat) quam etiam contra alios, nullis eius prouinciae hominibus privilegio vt queuntibus, siue maiores, siue minores, siue etiam procuratori rerum ad potentes homines pertinentium praefecti sint. Certē quod facile per ea loca admittitur, huius rei excellenter curam geret, ne committat, vt aliquorum praedij tituli apponatur vllum aliud nomen habentes inscriptum, quam vel fisci, vel regiarum domuum. sed si quid tale factum deprehendat, eos quidem titulos euestigio detrahet: fisci verō nomine prorsus alios titulos praedij eius qui talia delinquit (si praesens haec faciat) imponet prius detractis titulis ad illius caput confractis. Si verō absens sit, praediorū curatore comprehēso tam corpus eius tormentis subijciat, quam titulos detrahet: & in capite eos curatoris praediorum comminuet: sciens quod si quid eiusmodi negligat, nos verō didicerimus simul aliorum, ab aliquibus impositos praedij titulos haurere, quam fisci regiarumque domuum, tam nostrarū quam pientiss. Augustae simul praesidem re ipsa comperta istos per negligentiam omisisse: is qui hunc magistratum obtinet, bonorum suorum publicationem sustinebit, vt qui cum facile pro magnitudine imperij praesens ista prohibere potuisset, dedita ea opera neglexerit.

Cap. V.

Ad haec diligenter ibi ipsum locorum prospicere volumus, vt omnes qui latrocinia exercent, qui alienas substantias aut etiam vxores rapiunt, qui alia denique patrant crimina, persequatur, comprehendat, & competentibus supplicijs subdat, & omnem prorsus iniustitiam reprimat: neq; committat, vt in aliquo probiores & mansuetiores iniurijs afficiant, ne alijs denuo talium persecutoribus opus habeamus, cogamurque rursus violentiarum repressores, latrunculos, & alia id genus tolerare nomina, simul & negotia quae nos auersari, ipsum ad huc ordinem produximus, & ita amplum dignitatisque plenum magistratum effecimus, vt tam appellationes apud ipsum cum iudicat, interpositas, ad excellentiam tuam, quiq; eundem vnquam magistratū suscepturi sunt, & celeberrimum quastorem sacri nostri palatij,

Ecc 4

Nou. 28. c. 6.

Praetor Paphlagoniae duplicem habet potestatem, Paphlagoniae sc. & Hellenopoli.

Nota de Stratego Paphlagoniae.

Praetor Paphlagoniae spectabilis.

Nouell. 18. c. 5. §. 1.

d. Nouel. c. 6.

Nou. 8. c. 13.

qui in forma cōsultationis audientiam ijs accommodabunt, quā minores causas quingentis solidis, in provincia eius apud aliquos non spectabiles motas, & si ex delegatione sint, cum per prouocationem suspenduntur, ad se deducat in habitu, & ordine facti auditorij, vt & ipse inter a nobis inuentos, & in ampliore formam redactos magistratus vbique connumeretur. Siquidem & ipsi maiores erūt, & in maiore quam priores reputatione habebuntur, & facilius nobis vel in maiorib. negotijs suum exhibebunt ministerium: Nihil enim in paruo magnum existere tum a nostris dictum est maioribus, tum nos ex ipsis iudicauimus probauimusque factis. Subijcietur autem & huic legi descriptio, quā significet, quid e publico tam is qui prouinciam regit, quam adfessor & cohors eius accipiet, quo item dato magistratus codicillos percipiat. **I** Ipsa sanè ratio qua magistratū geret, cum hoc loco sub compendio explicata est: tum in lege quæ de omnibus magistratibus in commune descripta est, simul & ex imperatorijs nostris mandatis, quæ ei dabimus cum administrationis codicillos cōferemus, & iusiurandum secundum legem nostram in hoc conscriptam exigemus, manifestabitur.

ἀποδείξι
notitia.

ἡ ἀρετὴ τῶ ἀν-
θυβάρεκα
ἡ ἀδολφία
Scrimg. 6.
Ecl. 15. De of-
ficio procon-
sulis Cappa-
docia v. Iul.
Cappado-
ces suo tem-
pore imperi-
um aliqd ha-
buerūt. Me-
dis postea ac
Perlis parue-
runt Herodot.

Xenoph. victi
a Philippo Iu-
stin. Oros. De
regib. Cappa-
docia v. Dio-
dorum 31.
Caesareā in-
telligit, quæ
olim Maza-
cha (a Mesek
filio Iapheti
vt quidā vo-
lunt) mater
vrbū Cappadocia
Solino. Cæsa-
nunc agimus
nobilitauit
suo Episcopa-
tu Basili^o co-
gnomento
magnus sub
Valente.
Factiones in
Cappadocia
erāt duæ, Ta-
& E-
leutherica.
Prædia ta-
miaca, posses-
siones patri-
monij princi-
pis v. Cod. de
præd. tamiac.
Concordia ma-
eiuium, nihil
inter homi-
nes præstan-
tius.
Nonell. 24.
Nonell. 25.
Nonell. 26.

Hæc igitur omnia perdicens excellentia tua, & tam magnas illi annonas subministrat, & ita ipsum sciat amplæ dignitatis effectum, vt floris & dignitatis hoc a nobis tempore in illū collatæ cupiditate meritò multis ipsum consequi sit affectabile.

DE PROCONSULE CAPPADOCIÆ.
Tit. IX.
NOVELLA CONSTIT. XXX.

Imp. Iustin. A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum ex consuli & patricio.

P R Æ F A T I O.

V AM amplum nomen Cappadocum gens habeat, & quanta Romanis negotia exhibuerit priusquam in illorum ditionem redigeretur, non ignorant veteris eruditionis studio si. Certè olim totius fermè Ponti imperium tenuit, & nominatiss. viti, in quæ magna apud Romanos reputatione habiti, inde orti valde floruerunt. Terram præterea habet telligit, quæ diffusam admodum, & mirabiliter præstantem, & quæ olim Maza-cha (a Mesek filio Iapheti rit, non minorem ciuili, sed potius maiorem. Siquidem & vt quidā volunt) mater vrbū Cappadocia Solino. Cæsa-ream de qua nunc agimus nobilitauit suo Episcopatu Basili^o cognomento magnus sub Valente. Factiones in Cappadocia erāt duæ, Tamiaca & Eleutherica. Prædia tamiaca, posses- siones patri- monij princi- pis v. Cod. de præd. tamiac. Concordia ma- eiuium, nihil inter homi- nes præstan- tius. Nonell. 24. Nonell. 25. Nonell. 26.

Hanc sanè regionem paruo tradere magistratui, contra omne nobis decorum & dignitatem fore visum est, cum alias, tum verò maximè quia semper ipsam aduersus magistratum nostris domibus præfectum Factiones in seditiones mouere cernimus, & quia factionibus inter Cappadocia se diuisa est ciuitas, quarum alteram tamiacam, quasi erāt duæ, Tamiacalem & arariam, alteram eleuthericam, hoc est libemiacam & Eleuthericam. Vnde & seditionum & dissensionum Prædia tamiaca, posses- siones patri- monij princi- pis v. Cod. de præd. tamiac. Concordia ma- eiuium, nihil inter homi- nes præstan- tius. Nonell. 24. Nonell. 25. Nonell. 26.

positus sit. Permittimus etiam illis in homines tamiacos imperium: & omnes quicunque ad Comitianam prius cohortem pertinebant, siue summarij, siue id genus alij fuerunt, hisce obtemperabunt: & triplici forma conflatum habebit magistratum. siquidem & ciuilibus magistratus erit, & militaris, neque non tamiacis quoque rebus præsidebit: vtraque illi cohorte, tam Comitiana, quæ & sua conficiet, neque cum ciuili cohorte habebit commercium, quam clarissimi prouinciæ præsidis apparente. Vniuersam verò proconsularem fieri appellarique volumus: vtraque cohorte, tam quæ Comitiana prius, quam quæ ciuilibus vocabatur, tamen vnam appellationem (nempe proconsularem) obtinet, separatim tamen sua obeunte munera: vt ciuilibus quidem curet tributaria & ciuilia, quæ initio semper ad ipsum pertinuisse scimus. Quæ verò Comitiana prius cohors erat, imperialium rerum administrationi insistat, & exactiōnem conficiat, ea scilicet forma quam modo explanabimus.

Cap. I I.

Vratorum etenim & tractatorum ne nomen quidem omnino superesse volumus, respicientes ad vetera exempla, & nimiam læsionem quam miseris illi collatoribus induxerunt, sed per singulas domos, & totius Comitianæ cohortis, tredecimque primatium, quos primos & secundos magistratos vocant, periculum, alios tredecim, qui statim post illos separati sint, nominari volumus, singulos (vt dictum est) ex singulis ædibus: & post priores tredecim exactiōni incumbere, & seruare fisco quæ sua sunt. prospicere item collatorum indolentiæ, & ne quid ab aliquo ipsorum damni sustineant: scientes quod damnum ex causa collatoribus irrogatum, multo magis ipsorum facultates respiciet, cum totius publicæ exactiōnis periculum ad ipsos deuoluatur. Sed neque eos qui primi & secundi prius magistris vocitabantur, neque tredecim illos qui post ipsos modò separati sunt, quos profligationem tributorum facere sanximus, quidquam omnino spectabili pro tempore Proconsuli præbere vel nominationis titulo, vel quacunq; alia de causa: si quin- quageni solidi auri ab vnoquoque horum tredecim exactorum primoribus tredecim magistris præbeantur,

Cap. I I I.

Porro neque ipsos exactores amplius aliquid à rusticis, aut denique ijs qui ab ipsis exactiōnem tolerant, accipere quam quæ formis Nicetæ magnificæ memorie continentur, & exactoribus deputata sunt: neque uentibus ipsis nomina fingere, & damna pro hisce nominibus inducere per causam Apacticon, seu tractatoriarum, vel quocunque alio prætextu, siue ad aliquam consuetudinem, siue ad quameunque vexationem porrigatur. cum enim ab omnibus illis collatores nostros liberos confertari volumus: tum improbo etiam & pernicioso tributo eos liberamus, quod pendebant tractatoribus, per quod fiebat vt circa publicum, & suas descriptiones idonei non essent. quin & si forma aliqua sit pragmatica, quæ velit tractatoribus aliquid præberi, aut longa consuetudo: etiam hanc tollimus. sublato enim ipso nomine tractatorum, meritò quidquid ad eam causam peruenit vnà sustollimus, specialem hanc collatoribus nostris largitatem impartientes. Quod si quis exactorum præter ea quæ forma beatiss. Nicetæ definita sunt, quæ sola ipsos ferre concedimus, aliud quiddam ausus fuerit accipere: sciat, tam militia se, quam dignitate, & sua substantia casurum.

Cap. I I I I.

Quoniam verò fieri potest, vt inter tredecim exactores (si quidem vt gradatim ad hunc perueniant ordinem, sancimus) vnus aliquis ad expediendam exactiōnem idoneus non sit: concedimus, vt sic quoque reditus quidem ex eo gradu saluus illi permaneat. Ceterum sancimus, vt tredecim illi primores magistris, & inluper qui post ipsos sunt proximi proprio bonorum suorum periculo alterum quempiam illi adiutorem adnominent qui conuenienter pro illo exactiōnem expediat: vt neque per illius imbecillitatem iniuria afficiatur fisco, neque ille temporis & gradus sui solatio defraudetur, promotione videlicet adiutoris eius qui ad hoc munus idoneus non est, facienda, periculo (vt dictum est) tredecim primorum magistrorum, & aliorum qui post illos sunt proximi. Ac magnas merito nobis gratias publicorum tributorum exactores habere oportebit, qui ingentibus illis damni squibus antea tam magistris quam spectabili pro

Proconsul
Cappadociæ
in homines
Tamiacos
habuit imperi-
um.
i. comitis
domorū, cui
suberant Tam-
iaci, v. l. v. h.
Cod. vbi causæ
sefficales.
c. 7. s. 1. j. eod.
ita dicuntur
ab æstimatiō-
nibus & sum-
mis rerum fa-
ciendis, qua-
rū existimantur
periti, ad-
de Nouell. 64.
Cicer. 10. ad
Atticum.
Traçteute
l. v. l. v. h.
Cod. de exce-
torib. lib. 12. &
glossarijs. cu-
ra eos egisse
ξρος τῶ v δη-
μοσιων φόρων
Traçtores ergo
sunt qui tra-
ctant & admi-
nistrant præ-
dia fiscalia
Brissonius.
Sed tamē Cu-
iacius ad l. 3.
Cod. de cano-
larijs. de
traçtoribus
res & chartu-
larios p. ij.
dem dici no-
tat. Quid tra-
ctoria, v. Co-
de tractorijs
& status
lib. 12.
Tredecim
magistri.
Primi & se-
cundi magi-
stri.
Canonica-
rij Iulian. hic
in f. 86. num.
86. inf.
i. τοῖς τῶ ποῖς.
k. ἀπασιν ἰσ-
τῆ ἐνεκεν ἡ
τῶ ἀλλοτρίων
ἀπασιν ἰσ-
lutaroria.
Gradatim
honores de-
feruntur.
m. ἀπασιν ἰσ-
ἀπασιν ἰσ-

pro tempore comiti, eiusque cohorti obnoxij erant, eos liberauerimus. propterea autem hisce omnibus eos liberauimus, ut neque ipsi collatores nostros iniurijs opprimant, neque praetextus excogitent introitus illos aut aliter nominantes, quibus rusticorum facultates enervent: sed his solis contenti quae secundum formam Niceatae clarae memoriae curatoribus praebantur, omnibus alijs abstineant.

μηδὲ τὰς
προφάσεις ἐ-
κείνας ἀς εἰς
ἐπιθέτας ἐπι-
τροπῆς ἰν-
τροίτου τῆ

ἡ ἐπερὰ ὀνο-
μαζόντες,
neq; occasio-
nes illas in
dammum ex-
cogitates in-
troitus aut
simili alio no-
mine appel-
lent.

i. Carthagi-
nē, q̄ vt Sex-
r^o Rufus scri-
bit prima fa-
it proconsula-
ris puincia.
& simpliciter
proconsularis
puincia cum
dicitur, haec
dicitur. & p-
consul quo-
que per emi-
nentia, Afri-
ce proconsul
e. Caia. hic.

i. Latina.
Haec verba
q̄ sequuntur
sunt interpre-
tis, ἀρχηγί-
της princeps
ἀρχηγεύω,
ἀρχηγέτω,
ἀρχηγέτω.

δουροβοι.

i. res patri-
moniales
principis.

equitia i. π-
των ἀγέλας

equorum ar-
menta & gre-
ges.

Sustinet. n.
munus duo-
rum olim pra-
fidum Cappa-
dociae, & co-
miciis domo-
rum in eade
Cappadocia
i. ὀχηματ' ἐξ
ἀργύρου carru-
ca argenteam
Julia. hic m.
85. 8. 2.

Cap. V.

Ipsi vero spectabili proconsuli omnium ex aequo ferum cura imminet, siue civile aliquod sit, siue ad militarem magistratum, siue ad potestatem Tamiacam respiciat, neque quidquam omnium negliget. Ac quoniam maiorem huic loco, quam ceteris, magistratum attribuere volumus, & veteribus Romanis in more fuit ut vel designatis consulibus, vel his qui illorum loco proficiscerentur, quos proconsules vocitabant, prouincias foriterentur: propterea & Cappadocum magistratum proconsulatum esse volumus, quo in Africa prius Romani imperium sum exornarunt. Et in tantum illum nos magistratum auimus, ut cum qui hunc suscipit, gloriosissimis sacerorum nostrorum praeiorum praefectis connumeremus. Appellatorque patria linguis qui huic praesidet, Proconsul iustinianus Cappadocia, ut & appellationem magistratui propriam habeat, & simul ex re ipsa Archegetes, quasi primarius magistratus nominetur. susceperit enim is qui hunc magistratum obtinet, facile talem formam, quando & potestatem per se magnam, & per causam Tamiacae possessionis etiam ad alia loco protensam habeat. In summa tot rebus hominibusque praesidens dignitate & auctoritate affluet, adiunctisque militariibus copijs omnia disponet minore negotio. Ciuiles igitur res conficiet more solito: militariibus vero & ipsis commodè praebit, nempe & illis se ipsi submittentibus. Sed cum primis animum aduertito ad rerum Tamiacarum administrationem, quae in tam grauem & omnium cauponariibus expositam in opiam delapsa sunt, ut in nullo ferè amplius pretio existant. Tot tantaque enim edocti sumus per prouinciam delinqui, quae vix amplissimo cuiq; adhibita medicina curare facile est. Nam qui potentium possessiones procurant (sed pudet nos iam propmodum dicere) quanta cum insolentia passim oberant, ut stipitatores illis inferunt, ut non ferèda hominum multitudine ipsos sequatur, ut impudenter omnes latrocinentur: miramurque sedulo, quomodo eo loci subditi tot perferendis iniurijs suffecerint. Inde adeo quotidie Cappadocum iniurijs oppressorum multitudo occupatos nos & rempublicam tractantes adit, ex quibus multi sacerdoterque, plerunq; mulieres, qui omnes lamentantur, querunturque res suas sibi ablatas esse, quado nemo in proximo sit, qui huiusmodi prohibere valeat. Tamiaca certe possessio iam penè in formam priuatae redacta est, tota conuulsa, direptaq; vna cum suis equitijs, nemine omnino reclamante, ore scilicet ipsi auro obstructo.

Cap. VI.

His igitur de rebus vnum aliquem ex perspectissimis nobis regioni huic praeficere decreuimus, qui triplici huic ordini praesit, solus omne in se imperium & potestatem circumferens, ciuili officij vtens insignibus, habens in ysa vchiculum: ex argento, securim, faeces, & quae cunq; olim proconsularis imperij fuerunt insignia: praecipiet autè & militibus, & curam geret Tamiacorum reddituum, ut sine villo detrimento & cessatione omnibus ad hoc ordinatis magistratibus obuenant, multoque magis ad nostrum palatium, quemadmodum etiamnum occasione eorum quae vel nobis, vel sacratissimae & piētissimae Augustae coniugi nostrae geruntur, tam in auro quam veke ingredientur. nihil enim illinc volumus decedere. Non tamen ut ea forma praebantur, qua haecenus, ex rapinis scilicet, & ex titulo laesionis dationisque collatorum, (haec enim omnia tum odio prosequimur, tum è nostra eijcimus republica) sed ex iustis legitimisque causis, quas subijci sacrae huic nostrae legi iustius, ut eas ferens qui pro tempore hunc gerit magistratum sacratissimae Augustae coniugi nostrae quinquaginta auri libras prout dictum est, inferat. Magistratum etenim gratis nos creamus, & ordinationes eius absque omnibus procedere largitionibus sancimus: neque quisquam erit, qui pro hac quidquam capiet. Sed & annonas ipsi quidem ad viginti vsque auri libras da-

mus, prout subijcitur. adfessori vero eius praebemus ad duas auri libras. capiet item vtraque cohors id quod vsque adhuc è publico suppeditabatur, nullo prorsus modo deminutum: nulla enim re hunc magistratum minui- mus: & maximè gloriosissimi praepositi sacri nostri cubiculi, siquidem & hunc & suppositam ipsi deuotiss. Pa- latinorum scholam in Cappadocia simili cum potestate, ordine & figura manere sancimus: non tamè quidquam exinde ferentem vel consuetudinum vel annonarum titulo, vel in auro, vel in veste, vel in alijs speciebus, neque a spectabili pro tempore proconsule, neq; ab eius cohorte. nam aliter puritas conseruari nequeat. sub vnum enim magistratum, quidquid in ea regione geritur, contrahimus, ne conuulsiōne ipsa claudicet.

Cap. VII.

Sane Tamiacae possessionis curam & rationem magnam habebit is ipse, qui ad hoc a nobis proficiscitur: & circumspiciet, si quid à Tamiaco solo detractum, & frustra ab alijs detentatum sit, siue in pascuis, siue in aruis, siue in locis vitibus confitis, siue in praedijs, siue domibus: & vetus solum rebus suis vindicabit, nulla longi temporis praescriptione illi opponenda. neque enim si seo licet tale quid opponere, neq; lucrum captans, ut maximè patrimonium suum exinde collocupletet. nam depauperatio potius est, quam locupletatio, si quis sordidis vtredo manibus, arbitretur ex eo lucrū se facere, quod multifariam postmodum cum impietate & summo probro restituet. Sed & ipsam urbē ab omni prorsus perturbatione quietam conseruabit: neque committet, vt seditio aliqua ordinem & administrationem reipublicae corrumpat. Publica quoque tributa vigilanter & cum iustitia exiget, nihil in illis cura praetermittens, neque concedens, vt aut fiscus, aut priuati in aliquo circa res suas damnum sentiant: vt qui ex aequo in omnes imperium obtineat, siue milites, siue scriuarij sint tam gloriosiss. praefectorum, quam magnanimatorum magistrorum militum, siue in ciuili cohorte numerentur, siue ciuilem Tamiacum gestent, siue in maioribus siue minoribus dignitatibus consistant, siue inter sacerdotes cooptati sint. Vnus enim hic magistratus omnibus praesicietur: & tam suae ipsius existimationis, quam nostrarum legum, & ante omnia Dei memor, vt publica quidem tributa per proconsularem cohortem sine detrimento & cessatione importentur, curabit. redditus vero Tamiacos per subditas prius illi throno personas inferet, intendens etiam ad ea quae pro consuetudine praecipuntur à gloriosiss. praeposito sacri nostri cubiculi, neque unitibus ipsis canonicarijs, qui pro tempore à gloriosiss. praeposito emittuntur, vel saltem obolo tenus aliquid accipere vel consuetudinum nomine, vel quacumque alia de causa, vel ab ipso pro tempore summario, ijsve qui publicas exactiones conficiunt, vel a spectabili proconsule, vel eius cohorte, vel his qui Katafcaustae, quasi instructores, vocantur, vel praepositis, vel quacumque alia persona ad facerum nostrum pertinente patrimonium. At vero exercitum vtrique harum sollicitudinum opem feret, sedabitque potentium satellites. neque committet vt loca depopulentur, & latrocinijs infesta reddant. neque ipse ea percurret, quemadmodum prius facere solebant comites: neque item in locū suum dimittet vicarios, sed locorum defensoribus & cohortalibus suis ad id ministerium obeundum vtetur. Sicubi vero & militibus opus erit: ijs locis milites, vbi necessitas postulat, opitulari iubebit. atque hi proprijs ista sumptibus expedient, neque subditos damnis inuoluent, aut gratis vlla ex parte sumptus faciant. sed tam ipse his abstinebit, sumptum de suo faciens, vbicunq; tandem erit, quamuis ad aliam ipsum proficisci regionem iubeamus, quam etiam adfessor eius, & reliquum famulitium, siue ex proconsularibus, siue ex militibus, quamuis seruile etiam aut subiugale aliquod omnes hosce sequatur: necessitatem habentibus (vt praediximus) militibus, & quicumque alij ibi locorum habitant, scholares forte aut domestici, vt illius iussionibus obtemperent, cinguli & substantiae suae periculum reuerenti. damus enim ei potestatem, vt & haec illis adimat, nisi eius iussus appareant: propterea quod eum qui hunc magistratum obunet, velimus formidabilem subditis & venerandum existere. Etenim siue miles, siue proconsularis, siue scholaris, siue domesticus per causam illius iussionum damni aliquid collatori nostro irrogauerit: conueniens est, vt ipse hoc ex istius annonis proprio periculo recepro, iniuria affecto medeatur. Postremo neq; vlli eorum

hoc notā-
dum cubicu-
larijs regum
vel principū
nā si que pri-
uilegia mi-
nui oportet
at, cubicula-
riorum prin-
cipis postre-
mo loco mi-
nuentur.

ἡ δὲ ὀνομα-
ζία καὶ ἡ ἰσ-
τορία. hoc ideo dici-
tur, quia de-
putati erant
Tamiaci redi-
tus cubicu-
lo & cellario
sacro. id
quod pprie
ταμίειον est.

v. Julian. hic
num. 86.
nota in qui-
bus consiste-
bant praedia
Tamiaca.

Tēporis p-
lixitas publi-
co nō nocet
Julian. hic.
l. 6. C. de ope-
rib. publ.
ἐλάττωσις.
Nō ita tur-
pe est, non lo-
cupletari, q̄
malè acce-
pta restituere.

Seditiones
compescēda
a praesidibus
prouinciarū
l. 13. ff. de off.
praesid.
vt tributa
iuste exigantur
ad notio-
nem praesidū
pertinet.

i. exactori-
bus.
m. παρὰ τῆ
κατὰ κριθὸν
συμμαχίαν.
de summa-
rijs dixi c. l. 5.
eod.
κατασπεν-
αζῶν.

Subiugaliū
nomine iu-
menta intel-
liguntur.
Praesides iu-
sta de causa
apparitores
suo officio
possunt pri-
uare.

qui ex hac vrbe edd commeat collatores nostros iniuria tentari permittet. 3 ¶ Sed & cursum publicorum e- quorum illasum conseruabit. *Nihil enim ab ipsius iurisdictione excipimus.* Et si quis ex quocunque in iudicio ad eam regionem commeatium iniurius erit, & vltra deputatum & constitutum exegerit: hunc perfequetur.

Cap. VIII.

d. l. i. §. ii. ff. de off. praefect. Urb.
Novell. 24. c.
3. Nou. 25. c. 4.
§. i. l. 7. §. i. ff. de off. procon.
ratiocinia
λογισμοι.

Curiam autem gerit etiam ciuitatis, & eorum quae ad frumentationem publicam pertinent, & stonica appellantur, operumque eius: & procurabit vt secundum legem nostram ratiocinia conscribantur, & tam Tamiaca quam ciuilia infumatur. Et si quem eorum qui solitas illas iussiones insinuare consueuerunt, nempe quod aquarum aliquis ductus impediatur, & quod quae muros concernunt, diffundatur, aut quia pontes aliqui sint per prouinciam, aliave itinera, aut alia denique eiusmodi existat occasio, prout improbe olim fuit in vsu habitum, penitus ipsum prouincia expellet; nec permittet ei vt iussionem eiusmodi insinuet, vel per hanc causam quidquam omnino lucri capiat. Nam si nobis visum fuerit eiusmodi inspectionem operum celebrari, sacra pragmatica forma vsi ad eum qui hunc geret magistratum, communicato praeterea de his cum throno tuo consilio, rem ipsam nos disponemus, ne cui facile ad eius generis pecuniarum exactiones pateat aditus & accessus. Omnia quoque quae audierit *improba*, prohibebit is qui hoc magistratu defungitur. Quod si vehementiore aliquo & asperiore opus erit, certiore ea de re faciet tam excellentiam tuam, quam gloriosissimam praepositum, & alios celeberrimos

Nov. 28. c. 5. magistratus, quibus ad talem rem conficiendam aliquid adde C. de his adest facultatis: nos denique ipsos: & nos illi, quid facto o- qui potest. no. pus sit, explanabimus. ¶ Titulos vero praedictis apponere per prouinciam cui praesidet, continententes certorum hominum appellationem, excepto nomine maiestatis ritul. Sc. stas Imperatoriae aut Tamij, hoc est ararij, in tantum vt nemini li- prohibebit, vt patrimonium eorum qui tale quid perpetrat sine iudicis auctoritate eis imponentibus, si praesentes forte id ausi fuerint. si vero procuratores absentium, ingentibus illos tormentis subdet. Titulos certe quicumque tandem affigere ausi fuerint, siue praesentes, siue absentium procuratores, detra- tos titulos re- ctos protinus ad capita eorum qui affixerunt, infringet: bus alienis. sciens fore, vt si id factum cognitum neglexerit, ipse bo- De manus norum suorum publicationem sentiat. abscissione, alias dixi, v. Nouel. 17. c. 8.

Cap. IX.

Nov. 28. c. 5. ¶ Vri dicundo cum summa animi intentione & cura in- Rusticorum cumbet, neque; (vt haecenus) rusticanos homines sinec- iurijs opprimi. Neque amplius negotia nobis hic fa- nio praesidum cessent Cappadoces, magno cum clamore supplicantes & indiget. lamentantes, sed ipse iudicem se illis & disceptatore praes- Ordinario bebant. Nam si quem huc aduenientem viderimus, qui non relicto, ad ex prius apud ipsum calamitates suas lamentando explicue- traordinariu rit, hunc nos denuo cum increpatione mittemus in pro- iudicem iri non uinciam, propterea quod relicto magistratu prouinciae oportet. continuo ad nos decurrit. Si vero cum eos qui iniuriam Mulierum intulerunt, conuenient, ipse comestationibus deditus, causa fauo- & luxu iam perditus, illorum se orationibus non accom- modauerit, sed supplices plorare permiserit, hique ad nos Si quis iniu cogantur decurrere, & maxime si mulieres sint, nosque ria patiatu a edocti fuerimus, quod hi quidem adierint, ille vero iniu- suo praeside riam vltus non est, protinus negotium vt suspectum ha- praesides presu- bebimus, quasi propter lucrum, vel per gratiam, vel ali- metur corru- quorum obsequium factum, & nos ipsos illi profus opo- ponemus: & cum triplicem magistratus functionem ge- Triplie di- rat, tripliciter quoque illi resistetur, tam ipso iure, quam gnitate obti- nobis, & legibus eum oppugnatis. ¶ Quae ipsum neus, peccan reueritum, memoria item repetentem praecpta nostra, do triplices quae illi vna cum codicillis magistratus dabimus, (appel- aduersarios labant autem ea maiores Mandata Principis) conuenit sortitur: ius, omnia secundum legem nostram agere, vtentem in co- Principem & gnoscendo aequitate, in rebus gerendis puritate, vbi que leges. colentem iustitiam, qua nihil inter homines vniquam de quibus v. exstitit robustius aut pulchrius, quodve Deum & impera- Nouel. 17. torem placare conciliareque; magis possit. Talis enim ipse Aequitas & cum sit ita nostro quoque; testimonio comprobatus: volu- puritas iudi- mus vt solus omnia in prouincia coficiat, neque; causis au- cem decet. dientiam alio quopiam praebente, neque; nobis facile vel in De laude iu eam venturis sententiam, vt alicui alij hasce delegemus, sticie dicat ad vel occasione cohibendarum violentiarum, seu qua- Nouel. 69. cunque alia de causa emissuris aliquos: vltra hoc, quod

tamet si tale quiddam vel ex sacris nostris formis, vel mag- istratum iussionibus haecenus factum est, omnibus id vacaturum sit modis, ipso totius prouinciae administra- tionem suscipiente, neque; vlli omnino, vt accessum eo ha- beat, permittente.

Cap. XI.

Porro autem hunc quoque magistratum, prout pro- consulum proprium est, inter spectabiles ponimus, appellationesque ab ipso transmissas, tuam excellen- tiam volumus vna cum gloriosissimae quaestore sacri nostri pa- latij in forma & habitu consultationum disceptare. Si qua vero alia in Cappadocia causa minor aureis quingen- tis per prouocationem suspendatur, siue nostro siue ali- cuius magistratus iussu datus iudex fuerit, qui tamen non sit spectabilis: huic spectabilis ipse pro consul in forma sa- cri consistorij & vice sacri auditorij accommodabit au- dientiam: siquidem & hoc illi ius addimus, decoramusque; illi magistratum tam amplo priuilegio, quantum nullus in hunc vsque; diem in Cappadocia obtinere visus est. Esto igitur iustus, & elato animo, & tam nos quam legem pro- oculis habeto: cognosce quoque; quod si strenue ista exequ- tur, longiore tempore in hoc officio permanebit, & ma- ior ipsum alius forte magistratus excipiet. Caterum si no- stris iussionibus neglectis, potentiores aliquos, non legem aut nos colat & veneretur: tum primo quoque; tempore ijs que in ipsum collata fuerunt, excidet, tum de cetero inter- condemnatos habebitur, indignus nostro visus iudicio.

Cap. XII.

Adulteria vero & raptus virginum, & immoderatas illicitasque, & augenda rei suae causa comparatas circumscriptiones, neque; non homicidia, & si quid eiusmodi delictorum est, ita acerbè punito, vt paucorum hominum supplicio omnes reliquos continue casti- ges: estoque secundum legem exquisitus delinquentium castigato. neque; enim inhumanitas hoc, sed potius sum- ma quaedam humanitas est, cum multi paucorum anim- aduersione saluantur. Quod si quem hoc nomine in cri- men vocatum sustineat, qui vel cinguli, vel dignitatis, vel sacerdotij, vel eiusmodi alio praetextu speret ex illius se manibus ereptum iri: certo sciat quod nostro iudicio in- dignus videbitur. Nemo enim quacumque potentia sua fretus, quodcumque; alienum praetendens patrocinium, in talibus delictis seueritatem legis effugiet. Quin potius si quis talibus se patrocinij ausus fuerit immittere, si- milem cum delinquente poenam & ipse sustinebit: idem

cum sit, ipsum aliquem delinquere, & eum qui talia pec- cauit & deliquit, velle de manu legis eripere. ¶ Sub- iicietur autem legi & descriptio, quae significet, quid ipsum eosue qui circa ipsum sunt, è publico capere: quid item vel occasione codicillorum dare, vel sacratissima Augu- sta coniugis nostrae pia domui inferre conueniat: tria- riam videlicet inferedis ijs quinquaginta libris auri, pro ut iam inde ab initio & in hunc vsque diem obtinuit.

¶ Et subditis nostris (id quod saepe diximus) pure vte- tur. quae res summo a nobis studio habita effecit, vt ma- gnas etiam opes despexerimus, quamquam in tot sum- ptibus & magnis bellis, per quae Deus nobis dedit, vt non solum pacem ad finem deduxerimus, & Vandalos, Ala- nos, Mauritanos subegerimus, & totam Africam in su- per & Siciliam recuperauerimus: sed & bonam spem ha- beamus, quod Deus nobis annuet, vt & caeteras gentes quas focordia sua Romani amisserunt, cum ad vtriusque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostrae adiun- gamus, quas nos diuino freti auxilio, ad meliorem statum redigere properamus: neque; quidquam detrectamus eorum quae vel ad extremam pertingunt difficultatem: vigilijs simul, & inedijs, caeterisque; laboribus iugiter pro subditis nostris vltra quam humanae naturae modus patitur, vten- tes. Perleget etiam mandata nostra, quae illi dabimus vna cum codicillis magistratus, quemadmodum antè dixi- mus. Et si quidem omnia secundum illa peregerit: & ad- mirabilis futurus est, & vndique dignum se nostro exhibebit imperio.

EPILOGVS.

¶ Haec igitur omnia quae per hanc exprimentur legem cognoscens excellentia tua, & praedictas annonas huius officij throno praebeto: & ita ipsum scito amplum esse- ctum, vt collati modo in ipsum floris & dignitatis cupi- ditate, multi merito hunc consequi affectent.

DE DE.

Datu Col. Belif. Jul. hic. i. anno 335.

DE DESCRIPTIONE QUATVOR praesidium Armeniae.

Tit. X.

NOVEL. CONSTIT. XXXI.

Imperator Iustinianus August. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli, & patricio.

P R A E F A T I O.

PERPERAM effuseque posita, si ad competentem perveniant ordinem, & belle disponantur: alia propemodum res apparet speciosa pro turpibus, ornata pro incultis, articulata distinctaque pro incompositis prius & confusis. Quod cum & in Armenia admissum deprehenderimus: putavimus & ipsam ad congruentiam quandam & vnam harmoniam collocari debere: quod magis ex bene constituta eius moderazione, & competens illi robor addamus, & decentem imponamus ordinem.

Cap. I.

Vnde quatuor Armeniae fecimus. Vnam quidem interiori, cuius metropolis pia appellationis nostra cognomine appellata est, prius Bazanis seu Leontopolis dicta, quam etiam proconsulatu honoravimus, cui magnificentiss. vir Acacius praefuit, magistratu inter spectabiles relato, omnibusque illi traditis, quae proconsulatu habere convenit. Nam & stola ipsum adornavimus proconsulari, quaeque ad istas respiciunt, ea ut habeat, constituvimus, & vrbes illi assignavimus, Theodosiopolim, quam etiam prius habuit, Satalam, & Nicopolim, Colonia quoque ex prima (vt ante vocabatur) Armenia assumpta, item Trapezunte & Cerasunte ex Polemoniaco prius dicto Ponto: his partim a clariss. provinciae praefide, partim a spectabili moderatore separatis: in septem omnino vrbes, & quaecunque circa ipsas in proximo sunt loca, tota provincia redacta. 1. Secundum vero ordinem tenere iussimus eam Armeniam, quae ante prima dicebatur, in qua ceteras praecedit Sebastea vrbs, attributa illi, & Sebastopoli, quam prius quoque habuit, & in super Commana ex Polemoniaco prius Ponto dicto: & Zela ex Helenoponto: neque non Btina: vt ea provincia quinque continetur vrribus, officio quod Correctorium est, in pristina forma relicto, neque praefide eius maiore aliquo nomine cōdecorato, sed ipso in eodem quod prius habuit, derelicto. 2. Ad haec tertia Armeniam instituvimus eam quae prius secunda dicebatur, in qua principatum tenet Melitena vrbs antiqua, vrbs insignis, in pulchro solo, clementique caelo posita, neque multum distans a fluentis Euphratis sinu. Hanc nos in presentia & augendam, & ad formam spectabilium traducendam putavimus. Praefidem quoque huius comitem Iustinianum nominandum, dandosque ipsi pro annonis solidos 700 eius adseffori solidos 72. & cohorti eius solidos 360. & vt omnia habeat quae eiusmodi thronorum propria sunt. Et qui prius cohortales nominabantur, tum omnia faciat quae etiam prius, & maxime circa publicam exactionem occupetur: tum ad Comitiorum appellationem transeat, perinde omnibus eis conferuatis, ac si cohortales existerent. Vrbes vero ei partim Arcam & Arabissum, partim Ariarstheam, & alteram Comanam (quam etiam Chrusam appellant) & Cucufum subdidimus, quas & prius habebat sex omnino consistens vrribus. 3. Constituvimus autem & quartam Armeniam, quae prius non in forma provinciae continebatur, sed e gentibus erat, & ex multis barbaricis colligebatur nominibus, Trophaena, Anzethena, Ophena, Asteaena, Balabithenaque dicta, & Satrapis subdita. Id vero nomen magistratus neque Romanorum, neque maiorum nostrorum, sed ex altero imperio introductum fuit. Exornavimus igitur & illam civili magistratu & forma, tam civili ibi magistratu instituto, quam Martyropolitano illi vrbe, & Cithariza castro addito. Consistatque ipsa in forma ordinario magistratum, Consularis a nobis facta: vt cum quatuor sint Armeniae, duo quidem magistratus existant spectabiles, nempe alter proconsul, alter comes: & prima quidem Armeniae proconsul, tertia comes praestat: secunda vero & quarta, ordinarij. Et quia summo a nobis studio cautum est, vt appellationes intra quingentorum solidorum quantitatem non ad hanc aliam deferantur vrbes, sed ad proximos spectabiles magistratus: propterea disponimus, vt appellationes quae quidem ex secunda Armenia procedunt, hoc est, in qua Sebastea vrbs est, haec ad Armeniae primae praefidem, hoc est, proconsulem, deferantur: quae vero ex quarta mouentur Armenia, haec intra dictam quantitatem ad tertiae Armeniae comitem, qui nempe Melitena residet, deueniant.

Cap. I I.

Isita a nobis ordinatis, in super illud etiam determinare iustum putamus, vt primae Armeniae talis vir praeficiatur, qui pro amplitudine sua, & spectatissimo iam erga nos ministerio, magistratus huius tam iuramento, quam excellenti maiestate dignus sit. Ac cum Thomam magnificentissimum virum aliquot iam in Armeniorum regione officijs defunctum, & alioqui frugi hominem esse, & nobis absque furo semper inferuisset, & modo quoque inferuire deprehenderimus, promovemus ipsum ad huius officij administrationem, vt non solum praedicta a nobis forma ad tempus huic provinciae praefideat, sed etiam alijs provideat, quaecunque ei vel per sacra commonitoria commissimus, siue in provincia qua ei tradidimus, siue in alijs. quod inquam fecimus, sacris ad ipsum compositis commonitorijs de multis & diversis actibus, quos ipsum & in alijs regionibus ad effectum deducere aequum est. 1. Quae vero ad sacerdotia spectat, ea (vt saepe diximus) volumus in pristina manere forma, negotio ipso neque circa ius metropolitico, neque circa ordinationes vel mutationem vel novationem suscipiente: sed prius ordinatis nunc quoque ex ordinatione auctoritate obtinentibus, & prioribus item metropolitano in suo permanentibus ordine: vt quantum ad ipsa nihil penitus innovetur.

Cap. I I I.

Illud sane in confesso est, ex quo tertiae Armeniae comitem non tantum civilem, sed etiam militare magistratum fecimus: necesse habere etiam milites qui in stationes agunt, vt huic suppositi sint: licentia illi praebita, vt (quemadmodum militaribus permittitur magistratibus) & nomine quemque suo evocet, & inquirat, & de ipsorum annonis dispiciat, & supplicio eos persequatur, si quando iniuste egerint: neque committat vt milites in subditos nostros iniurijs sint. Quod si quid flagitiosius perpetrent: ad instar criminalium causarum audientiam praebat, tamen milites existant, omnia denique agat, quaecunque militaribus attributa sint magistratibus. Et quemadmodum comiti Isauriae & Pacatiana Phrygiae, & insuper Lycaoniae, Pisidiae, ac Thraciae praetoribus militares etiam copias subdidimus: vt eque & ipse non solum ad res civiles cohortem, sed etiam in copias militum potestatem habeat & imperium, & cum summa auctoritate & amplitudine tam militibus quam paganis facienda praecipiat, omnia agens quasi vno aliquo officio existente. Inque vnam hanc rem providentiam conferat, ne quid per provinciam admittatur flagitij, sed & vt admissum competenter coerceat. Neque hanc illi potestatem in vlla omnino persona, quae in provincia sit, detrahimus, siue pagana, siue militaris, siue tamiaca sit. Subaquaibili enim & perpetua pace nostros tueri subditos volumus, non pro diversitate personarum inducentes legum contemptum.

E P I L O G V S.

Quae igitur nobis placuerunt, ea secundum descriptionem quatuor Armeniarum, & maxime tertiae, cuius occasione presentem factam legem tulimus, iam inde in omne reliquum tempus excellentia tua custodire studio: omnibus quae singulis annis dari iussimus, per particulares descriptiones thronorum tuorum consiciendis: datum XV. Kalen. April. Conf. Bilil. Iulian. i. anno 536.

μετὰ τῆς διαλυθείσης τῶν τεσσάρων ἀρχόντων Ἀρμενίας Scrimg. 6. Eclog. 14. de Praesidibus Armeniae, m. dex Reginae u. p. d. Cuiac. Quatuor praesides Armeniae hic constituitur. Prima dat proconsulem: secundae, Correctorem: tertiae, Comitem (de quo vide Iulianum constit. 39.) quartae, Consulare. Confusio nis vituperium. ex duabus, Maiore & Minore C. de off. magist. milit. 6. Plin. 8. 9. Prima Armenia. Armenia prima & interioris metropolis, olim Bazanis ac Leontopolis, hodie Iustiniana. Vrbes Armeniae prius in tectoris. Ammianus 22. & Ceraeus vnde aduexit huiusmodi poma Lucullus. Secunda Armenia. Sebastea, metropolis Armeniae secunda. Commana duplex, vna, in Polemoniaco: alia, quae & Chrusa dicitur j. eod. Vrbes secundae Armeniae. καὶ τὴν ἀρχὴν ἠγεμονίαν ὄσαν, κα. τάλιποντες, Scrimg. sensus est, Moderatorem Armeniae secundae, correctorem, vt olim, appellari. Tertia Armenia. Melitena, metropolis tertiae Armeniae. Comes tertiae Armeniae, inter spectabiles viros hic refertur. Comes Iustinianus Armeniae tertiae. Vrbes tertiae Armeniae. i. auream. Quarta Armenia. Eustathius in Dionys. hanc diuisionem Armeniarum Iustino tribuit, & Cuiac. 15. obs. 29. Anzithena, l. vlt. Cod. de off. magist. milit. Sophena, d. l. vlt. Aftyanea, d. l. vlt. Belabithena, dict. leg. vlt. Satrapia scilicet, vox Satrapa, neque Romana, neque Graeca, sed Persica. Hinc Herodotus 3. refert Darii diuisionem regnum suum in 20. Satrapias, & lib. 1. ἀρχὴν Βαβυλωνίαν vocari tradit. & Suidas 4. ii. scribit, Satrapā Armeniae quatuor annis 20000. pullorum misisse ad regem Persarum.

de qua & d. l. vlt. b. d. K. d. d. e. l. c. o. z. Scrimg. locus qui Kitharizant spectabiles, nempe alter proconsul, alter comes: & zon appellationem quidem Armeniae proconsul, tertiae comes praestat: tur Iul. c. ὁπδία εἰς ἡδεσάου. sensus est, Prima Armeniae Procōsulem, tertiae Comitem spectabiles esse: secundae correctorem, quartae consulare ordinarios esse, i. clarissimos esse. Tres sunt gradus ordinis senatorij, clarissimi, spectabiles, illustres. Ordinaria dignitas est minor sc. clarissimatus, dixi ad Nou. 20. c. 2. Sic ordinarij miles Festo est manipularis. is enim est infimus militiae gradus l. 1. C. ad l. Tul. repetund. Vo piscus in Bonoso, Militavit primū inter ordinarios, deinde inter equites. d. vlt. Innuatio ni provincia rum persepe, non adstringitur Ecclesie. Inde animaduertim hodie, nō eadē metropolim esse episcopis & provinciarū praesidibus: & Ecclesia, aliam diuisionem provinciarū obseruare: aliam, rempublicam. Nouell. 27. Nou. 8. c. 2. Nouell. 25. Nouell. 24. Nouell. 26.

*

NE^a QVIS^b MVTVVM DANS AGRICOLAE, terram eius teneat. Item quam magnas vsuras creditores ab agricolis debeant percipere.

Tit. XI.

NOVEL. CONSTIT. XXXII.

Imperator Iustin. Auguf. Agerochio^c clariff. praefidi Aemi^d montis Thraciae.

De his qui pecuniã credunt agricolis *index Reginae apud Cuiacium.* Porro integra hæc constitutio refertur apud Iulianũ *in fine.*

Tzetzes hæc dictio tria significat, ἐνδοξον, ἀποζητην τε, τὸν ὑβριστὴν οὖν τῆτοις.

REM duram, & quæ omnem longè impietatem & auaritiã superat, communi lege quasi medicina quadam curare nobis visum est, quæ nõ in præfenti tantum necessitate, sed per omne deinceps æuum in repub. munere defungi queat. comperimus enim nonnullos in prouincia, cui præfides, non dubitasse captato ad hoc de industria sterilitatis frumentariæ tempore, sub modica admodum mensura frugum mutui cum aliquibus contractum celebrare, & ex eo vniuersam illorum terram ad se recipere: vt plerique ea occasione rusticorũ diffugerint, pleriq; etiam fame perierint, & tetra quædam lues ac contagio exorta sit, in nullo penè barbarica incurfione inferior.

Cap. I.

d Αἰμιμόντης *Scrimg.* Mortis grauissimum genus, fame perire *Amnian.* 17. Tiberius Druso aded subduxit alimenta, vt tormentũ ex culcitra tentauit citra tentauit mandere. *Sueronius in Tiberio 55.* De fame eiusq; supplicio vide Petrus Gregoriũ 31. *synagmat. 23.* Duo hic constituntur fauore argenti riorum. vnũ, de antichresis, de qua vide Cuiacium 3. *obs. 35.* alterum, de vsuris. Nemo ea lege ab agricolis fundum pignori potest capere, vt fructus omnes præcipiat vsurarum vice, quoad fors oblata vel soluta sit. atque ita vt fructus non imputentur in sortem. ^b id est, sextarios duos. Modius enim sexdecim sextarios continet. & ita licet octauam sortis à rusticis stipulari rerum aridarum, & liquidarum nomine. Pecuniæ nomine, trientes vsuras, seu 24. sortis partem. Ea disparitate permotus Molinæus, putat hic legendum, non ὀγδόην μοίραν, sed εἰκοσθὴν καὶ τετάρτην μοίραν. eo sensu, Non licere exigi ab agricolis vltra tertiam partem octauæ, siue vltra vicesimam quartam partem sortis annuatim *quæstio. 1. de vsur. num. 66. 67. 68.* quod Coptio 2. *lect. 2.* & Cuiacio displicet 3. *obs. 35.* Causam differentia reddit, quod pecuniarum eadem sit semper potestas, Cæterarum rerum pretia incerta & mutabilia: ideoque accessiones frumenti crediti nunquam excedere legitima vsuræ rationem, nõnunquam excedi. *Quin, legem 1. Cod. Theodos. de vsur. pro pecunia centesimas vsuras videri permittere. pro cæteris rebus in duos modios modium tertium, quæ vsura quatuor centesimas efficit.* hæc est vsura centesima vt vult Cuiacius, vtque etiam constat ex Nouella 130. *vide l. 26. Cod. de vsuris.* ^k Ea est vsura triens, vt constat ex Leone *Nouell. 83.* & Aniano *leg. 2. Cod. Theodos. de vsuris.* Vt enim centesima est, cum in singulos aureos stipulamur tres siliquas, id est, octauam partem solidi: ita centesima, cum in centenos stipulamur duodenos & semissem. *ἐννιάστων κερσίων ἐν Scrimg.* annuam siliquam vnã. ^m Illyricanis sc. *adde Nouell. 32. 5. & Nouell. 34. j. eodem.*

EPILOGVS.

Quæ itaque nobis placuerunt, ea claritas tua effectui fini q; tradere studeto, scituro creditore, quod si hæc contra facere aliquid ausit, exactione cadet. & qui mutuũ accepit, quive iniuriam pertulit, ex eo solatium habebit, quod tum ipse à facessendo negotio liberatus sit, tum creditorem in rebus suis iacturam pati videat. Dat. 15. Kalen. Iul. Constantinopol. Belif. V. C. Conf.*

DE HIS QUI MVTVVM dant agricolis.

Tit. XII.

NOVEL. CONSTIT. XXXIII.

Imperator Iustinianus Auguf. Dominico præfecto prætorio per Illyricum.

ROPTER auaritiã creditorum, qui angustia temporum abutentes, terrulas infeliciũ agrestium sibi adquirũt, pro paucis frumento omnem illorum substantiam retinentes, legem potuimus, quam primo quidem in Thraciam, & in omnes eius prouincias, in præfenti autem & in Illyricanas prouincias direximus. Cuius exemplum subdi etiam præfenti legi præcepimus, vt non solummodo priuati homines putent legem contra se esse propositam, sed etiam milites altiore nitentes fastigio, legem contra se esse prolatam existiment. Vt ergo & tua magnitudo sciat, quod communis hæc lex posita est, & prouincialibus, & militibus, & omni cingulo, nulla excusatione cuiquam compete, ideo ad tuam sublimitatem præfentem legem destinauimus, scituris militibus, qui præfenti legi non esse obediendum existimant, quod cingulo denudati inter priuatos habebuntur, pœnis quas in anteriore lege posuimus, prius nihilominus subiugandi.

NE^a QVIS QVOD AGRICOLAE mutuam pecuniã dedit, illius terram detineat, & quem vsurarum modum creditores accipere debent ab agricolis.

Tit. XIII.

NOVELLA CONSTIT. XXXIII.

Idem Auguf. Agerochio clariff. præfidi Aemi montis in Thracia.

PREFATIO.

REM duram atq; inhumanam, & quæ vltra omnem impietatem & auaritiã sit, perspeximus lege saluberrima sanare, & communem omnibus deponere medicinam, non tantum in præfentis necessitatis tempore, sed etiam in omni æuo futuro. Venit enim ad nostras aures, quosdam in ea ipsa prouincia quam tu administras, auarè temporum necessitate captata, sceneratorios fecisse contractus, & paucam mensuram dantes, terrulas eorũ abstraxisse, & ex hac causa quosdam colonorum fugæ latebras petiisse, alios fame esse necatos, & tristissimam pestem homines inuasisse, incurfione barbarica non minorem.

Cap. I.

Sancimus itaque omnes huiusmodi creditores, quantumcunq; vel tritici, vel hordei vel in alia specie quæ in fructibus aridis est, dederint: hoc reddito, in præfenti cum parte modij octaua per singulos modios in vnoquoq; anno præstanda, terrulas colonis restituere: nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione sceneratoria cautionis, siue in scriptis, siue sine scriptis credita sint contracta. Sin autem pecunias dedit: nihil amplius quàm siliquam vnã pro singulo solido annuam præstare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, in præfenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem æuum modis omnibus obseruandam, vt si quando fuerit vel triticũ, vel hordeum sceneratorum, vel alij aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes, quàm pro vsuris octauam modij partem annuam pro singulis modijs, vel siliquam pro singulo solido secundum hunc modum in quatum scenus permanferit, percipientes, siue terrulas siue aliud in pignus acceperunt, boues fortè, vel pecora, vel mancipia: hæc modis omnibus reddant, & hæc lex communis omnibus sit, humanitate & pietate gaudens, neque non omnibus egenis consulens, & creditoribus mediocre solatium afferens.

EPILOGVS.

Hæc igitur, quæ à nobis statuta sunt, charitas tua in omni prouincia, quæ tuo moderamine gubernatur, obseruare festinet. Scituris omnibus creditoribus, quod si aliquid præter hoc commiserint: exactione cadent. & cui scenus

Hæc constitutio, exemplũ est Latinum Nouell. 32. 5. cod.

in Mysia secunda, & in prouincia quam tu administras, &c. Cuius hæc ita legedum esse monet.

De aridis fructibus. dixi ad l. 5. ff. de iur. fisci. l. 5. C. de seruitut. et aqua. Greg. ci fructus aridos ἐγγυς καὶ πους, inde ἐν ποσὸν καὶ.

scenus ablatum est, hoc habebit solatium, ut ipse quidem securus degat, auarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam.

clesis Africæ ab aliquo pro sua ipsius salute oblata, à nemine prorsus auferuntor. Hoc ipse generaliter de omnibus ecclesiis accipito.

vide constitutionem 26. Quæstor hodie cancelarius.

l. 13. l. 1. Cod. de prox. sacror. scrip. Ex serinio sc.

memoria 12: ex serinio epistoliarum 7: ex serinio libellorum 7: i. successores.

pro introitus. Vide l. non ex viginti sex adiutoribus, tamen licentiam habeant surrogare in locum suum.

Habeant igitur ius vendendi militiam suam, & non ultra centum solidos, dummodo & is qui subrogatur, electione Quæstoris fiat.

Prærogatiuas autem constitutio dat Theodosio & Epiphæredes sub ætero & Quirillo & Sabbatio & Perigeno.

Illo videlicet obseruando, ut si quis ex viginti sex adiutoribus defunctus fuerit, ab hærede eius centum solidi dentur, & electione Quæstoris militent.

Sin autem liberi sint defuncti, idem iuris habeant, quamuis hæredes parenti suo non existerint. Datum C. Bilis. aurei.

Quid si hæredes non sint idonei militiæ subrogandi sunt alij in locum defuncti, & superior summa hæredibus defuncti præstanda.

l. 30. C. de inoff. l. 7. l. 11. Co. de proxim. sacror. scrip. q. præstatio, dicitur scholæ placitum leg. l. 1. Cod. de pignorb. & casus militiæ Nouell. 53. 97.

Erepta à Vandalis (dicendum in alijs libris à nemine lædendis. Hæreticus non baptizato, ad rempublicam non accedito, catechumenum non tunc terum possidendo. Nulla omnino hæresis domum aut locum forum hære- rationis habeto.

Carthaginensis ecclesia priuilegia obdes, vsque ad tincto quæ in vniuersum de omnibus dicta sunt eccle- tertium gra- sius in Codice. Qui ad Carthaginensem ecclesiam con- dum, vindi- fugerit, is impunitatem habeto, nisi homicidium, aut care poterit: raptum virginis: aut vim in Christianum admiserit. Ec- intra quin-

quennium tamen ab hac constitutione: non tamen aduersus eos qui bona iam præscripserunt 30. annis. Hac æquitate possumus hodie vti, recuperatis vrbibus aut prouincijs ex hostium manu. Hoc fuit etiam constitutum pulsis Italia Gothis. Vide pragmaticam sanctionem Iustini cap. 5. l. 1. ff. de probationib. Idem aduersus Gothos statutum d. pragmatica c. 11. Ecclesiæ non fuerunt immunes à publicis collationibus, vide l. 7. 11. Cod. de sacrosanct. eccles. l. 14. Cod. de hæreticis. l. 15. Cod. de episcop. aud. l. 1. l. 1. C. de postulando. l. 9. C. de diuers. off. id est, leuiter innotatum Christo, κατηχημένοι νεοκρητοί

Clemens, γαλακτοφάγος. Paulus, ὑπὸ τῶν ὁσίων. adde 1. Corinth. 3. Vide qua dixi ad l. 11. ff. de sicarijs. l. 3. Cod. de hæreticis. l. 12. Codice de sacrosanct. Thessalonicensi l. 8. Constantinopolitana l. 17. l. 24. Cod. de sacrosanct. Romana l. 8. Cod. de summa trinitate: An etiam ratione patriarchici? Vide Nouell. 131. cap. 4. l. 1. Vide qua notaui ad legem 6. §. 4. Cod. de his qui ad Eccles. hinc constat, non seruari ius asyli homicidis & similibus personis.

DE ADIVTORIBVS Quæstoris.

Tit. XIII.

NOVELLA CONSTIT. XXXV.

Hæc prorsus deest in Græc. iustam autem epitomen inueni in Nouellis Iuliani, quam hic adscripsi.



IGINTI SEX adiutoribus Quæstoris, quos boethos dicunt Quæstoris, liceat in suo loco alios substituere, idoneos tamen, & quos pro tempore quæstor elegerit, propostis sacris euangelij. Hi autem qui fiunt in locum eorum qui suo loco ceciderunt, centum solidis præstitis fiant. Istorum autem trium graduum viri, id est serinij memoria, & duorum qui proximi futuri sunt, quamuis non ex viginti sex adiutoribus, tamen licentiam habeant surrogare in locum suum. Habeant igitur ius vendendi militiam suam, & non ultra centum solidos, dummodo & is qui subrogatur, electione Quæstoris fiat. Prærogatiuas autem constitutio dat Theodosio & Epiphæredes sub ætero & Quirillo & Sabbatio & Perigeno. Illo videlicet obseruando, ut si quis ex viginti sex adiutoribus defunctus fuerit, ab hærede eius centum solidi dentur, & electione Quæstoris militent. Sin autem liberi sint defuncti, idem iuris habeant, quamuis hæredes parenti suo non existerint. Datum C. Bilis. aurei.

DE SUCCESSORIBVS EORUM qui in Africa degunt,

Tit. XV.

NOVELLA CONST. XXXVI.



MNE infinitum, &c. Ut Africi ea quæ Vandalorum temporibus vel ipsis vel proprijs parentibus, vel auis vtriusque sexus, vel ex transuerso cognatis vsque ad tertium gradum erepta sunt: intra quinque annorum spatium vindicent, nisi legitimis excludantur præscriptionibus. 2. Ut ad comprobandum genus ambæ partes probationes proferant. Ut omnes Africi Romanis legibus subditi sint.

DE ECCLESIIS CONSTITUTIS in Africa,

Tit. XVI.

NOVELLA CONST. XXXVII.



re priuilegium præter alias ciuitates, vt ex ipsa resurge-Hierosolymi ret secundum carnem, manifestum, quia & nos imitan-tanæ Eccle- tes dominum Deum & magnas eius miraculorum opera siæ, collatũ tiones, quantum homini possibile est, priuilegium ali-ab ipso met quod dedimus ipsi præter cæteras ecclesias, vt ipsa frua-tur hac nostra lege, quam velut aliquas primitias ipsi ad-ducimus, eius commodum per omnia eligentes & vene-rantes.

E P I L O G V S.

Quæ igitur à nobis constituta sunt per hanc propria legem & ipsam legem inscribendam voluminibus tua bea-titudo cognoscens, manifestam ipsam omnibus ibi confi-rutis consuetuat. indicet autem nostram voluntatem, quã

pro sanctissima & meritò ab omni hominum genere ad- oranda resurrectione nostrum habet imperium, & domi- no dedicat Deo, tantis nos & tot bonis, præter alios om- nes qui ante nos imperarunt, in re qualibet dignato & di- gnanti. Specialis lex scripta Petro sanctissimo & beatiss. archiepiscopo & patriarchæ Ierosolymitanæ ciuitatis. Dat. XV. Kal. Iun. C. P. Post Bilic. V. C. Conf.

DE QVÆSTORIBVS, id est præfectis insu- larum.

Tit. XX.

NOVELL. CONST. XLI.

HAEC constitutio quendam virum magnifi- cum Bonum nomine, quæstorem exercitui fecit. Nam & more antiquo duplex erat quæ- storum magistratus, & vnus quidem circa la- tus principis erat, alter autem quæstor exercitui præerat. Disposuit autem præfens constitutio etiam annonas quæ- storis & consularij eius. ad partitionem quoque ei dedit ad imitationem quandã præf. præf. i. Seriniarios & Ab actis & Præcones & Cõmentariæses & Lampadarios, & oem deinceps ordinem. Sed & annonas militum tam comitaten- sium quàm limitatensium disposuit, quomodo distri- bui debeant. Subiecit autem ei & quinque prouincias, id est Scythiam & Mysiam, & Cariam & omnes Cycladas insulas, & Cyprum totam. Causarum quoque auditori- um habere ei concessit, vt non obijciatur ei fori præscri- ptio. Subiunxit autem & notitiam impensarum. Et est promulgata hæc constitutio Kalen. Iun. indictione XII. post consulatum Bilic. V. C.

DE DEPOSITIONE Anthimi & Scueri & Petri & Zoaræ & reliquo- rum.

Tit. XXI.

NOVELL. CONST. XLII.

Versa quidem est ab Hlaloandro: sed veterem eius transla- tionem ex tomo concilij quinti Constantinopolitani resti- tuimus, & mēdis quib. scatebat etiam in nouissima edi- tione Coloniensi anni 1567. per purgauimus.

In nomine Domini Iesu Christi Dei nostri.

Imp. Casar, Flauius, Iustin. Alemanicus, Gothicus, Franci- cus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Afri- canus, pius, felix, gloriosus, victoriosus, triumphalis, sem- per Augustus, Menna sanctiss. & beatiss. archiepiscopo & vniuersali patriarchæ.

P R A E F A T I O.

REM non insolitam imperio & nos facientes, ad præsentem venimus legem. Quotiens enim sacerdotum sententia quosdam indi- gnos sacerdotio de sacris sedibus deposuit, (quemadmodum Nestorium, Eutychem, Arium, Macedo- nium & Eunomium, ac quosdam alios ad iniquitatem non minores illis) toties imperium eiusdem sententiæ & ordi- nationis cum sacerdotum auctoritate fuit. Sicque diui- na humana pariter concurrentia, vnam consonantiam rectis sententijs facere. Quemadmodum & nuper factum esse circa Anthimum scimus, qui quidem deiectus est de sede huius regis vrbis à sanctæ & gloriose memoriæ A- gapeto sanctis. ecclesie antiq. Romæ Pontifice, eò quod nullo modo sibi ipsi conuenienti (contra omnes sacros ca- nones) se intruserat sedi, sed & communi sententia ipsius sancte memoriæ viri primùm, atque etiam sacre synodi hic celebratæ condemnatus & depositus fuit, eò quòd à rectis dogmatibus recessit: & quæ prius multotiens dili- gere videbatur, hæc demum diuersis lustrationibus aufu- git, simulans sequi sanctas quatuor synodos (trecentorũ videlicet decem & octo patrum in Nicæa, & centum quin- quaginta in hac felici ciuitate, & in Epheso primò con- gregatorum ducentorum, & sexcentorum triginta venci- rabilium patrum in Chalcedona.) At quid nec dogmata

hæc consti- tutio sumpta est ex Iuliano *constit. 38.* In indice Regi- nae apud Cur- ita conceptus est hic titu- lus De appella- tionibus quinque pro- uinciarum. quinque, in- quam, putã Scythiæ, My- siæ, Caræ, Cycladum (quarum ca- pud Rhodus) Cypri. adde Nouel. 50. j. eo. quæ apud Scrimg. quo- que extat. Scripta est hæc constitu- tio ad Bonum quæstorẽ ex- ercitus, quæ Procopius i. de bello Persi- co desinit *χο- πρυδων τῆς τῆς σπαρωεδῆς δαδωνς.* No- uel. 50. quæ tẽpore prior est, cuiq; hæc derogat. Ali- us fuit quæ- stor palatij de quo dictũ est supra. Lampadari- orũ sit mētio in l. Nr. C. de diuers. off. lib. XII. sed alio fortè sensu. quibus sin- guli erant præ- fides adtri- buti. quarum ca- pud Rhodus. De præside Cycladũ est lex 4. C. de ma- nularijs & Nouel. 163. De episco- pis regrada- tis *Index Re- ginae apud Cur.* Interim nota duo es- se pœnarum ecclesiastica- rum genera, *καταλειπον* episcoporum: *αφεισμων* plebeiorũ & monachorũ. *in pr. j. adde Euagr. 4. c. 11. c. 35. c. 1. §. 1. j. c. 2. j. c. 3. j.* Anthimus Constantino pol. episc. de- ponitur.

sequi, nec nostram clementiam & condescensum, quem propter ipsius salutem habebamus, suscipere voluit, neque ipse abdicare auctores impiorum dogmatum, qui prius a sanctis synodis expulsi fuerant, sed putavit oportere secum ipsum & in aequali ducere & condemnatos & condemnatores. Nam semel alienis a sanctissima ecclesia intellectibus mancipatus, & a rectis dogmatibus alienatus, merito ad ipsorum rectitudinem reuerti non valuit, etiam ad haec inuitatus a nobis & directus, qui omni studio visum ad ipsius salutem.

C A P. I.

Propter haec igitur omnia, sententiam depositionis in ipsum a sancta synodo factam occasione non liciti neque a sanctis canonibus approbati raptus sacramentum huius regiae urbis, & auersionis a rectis & veris dogmatibus cyriam propriam nostrum facit imperi-

10 vel ratam, Cyriam, & contra istum praesentem scribit legem. Interdictionis propriae, & ei commorari in hac felici ciuitate & eius ira dicitur, ut districtu, ac in quacumque alia insigni ciuitate, sancien-

20 apud Paulum, res in quiete esse, & eos diligere, quibus se ipsum dignè Abba, pater. supposuit, & non aliquibus communicare, neque eos imbuere in perditionem interdictorum dogmatum. 1 ¶ Nec vti que extra imperialem confirmationem relinquimus

30 sententiam iuste contra Seuerum latam, ac ex omnibus (vt ita dicamus) pontificalibus & patriarchalibus (vna cum monachicis consensibus) prouenientem sedibus, & anathematismum ipsi inferentem, qui prius contra sacras functiones, accipiendò sedem sanctissimae ecclesiae Theopolitanorum, sic vniuersa conturbauit, sicque accumulatas turbationes fecit, quod commune quoddam ac abominabile bellum sanctissimis ecclesijs adinuicem immitteret. Et hoc & a sceptris quae ante nos fuerunt contra ipsum scriptum erat, variis dogmatum & a rectitudine alienatis intellectibus ac blasphemis usum fuisse, ac vniuersa conturbasse, & illum quemcumque errorem abominabilem haeresiarum & iniquorum dogmatum recipe-

40 re, Nestorij dicimus & Eutythis, & cum vterque horum praceptorum contrarij quodammodo adinuicem esse videantur, ad vnum verò impietatis finem inferant, etiam illorum diuulgatos sermones, cum in vnum formauisse. duobus enim existentibus dogmatibus adinuicem repugnantibus, quorum vtrumque similiter ad animae perditionem adducit, Nestorij videlicet & Eutythis (quemadmodum dicendo narrauimus) quae ex Arianorum & Apollinarij contagione consistunt, ipse paradoxum quid perpessus, in vtrumque similiter incidit: & ibi quidem hoc, ibi quidem illud mittendo, seipsum & sermones suos visus est constituisse commune receptaculum tantorum delictorum. 2 ¶ Sit itaque & ipse sub praedicto anathematismo, quem vniuersus patriarchalis, pontificalis, ac monachicus nostrae (vt ita dicamus) politicae ceteris, iuste in ipsum induxit, de Theopolitana quidem ecclesia eiectus, ideo quod thronus de illa ipsi remouit, eo quod ipsius principatum recte non acceperat, sed adhuc viuente eo & in sanctissimis ecclesijs commorante, qui ante ipsum sacerdotium habebat, & propter eum qui post ipsum fuit, de sacerdotio exciderat. Nec verò vsque adhuc stetit, sed etiam sub communi orthodoxa ac catholica ecclesiae anathematismo factus multis libris blasphemis, & abominationibus nobis politiam impleuit, quare vniuersis interdicimus, aliquid de libris ipsius possideri. Et sicut non licet Nestorij libros scribere vel possidere, (quia praedecessoribus nostris imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia his quae dicta & scripta sunt a Porphyrio in Christianos) sic nec dicta & scripta Seueri maneat penes aliquem Christianum, sed sint profana & aliena ab ecclesia catholica, igneque comburantur a possidentibus, nisi qui ipsa habent, velint periculum pati. A nemine ergo scribantur neque ad pulchritudinem neque ad velocitatem scribentium, sciendo quia amputatio manus, his qui scripta eius scripserint, poena erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi. 3 ¶ Similiter autem & huic interdicimus omnino regiam ciuitatem ingredi, aut districtum eius, nec aliquam aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine & in silentio sedere, & non corrumpere ceteros, neque in blasphemiam ipsos adducere, & non semper aliquid noui inuenire contra vera dogmata, per quod rursus nobis conturbare sanctissimas ecclesias festinet.

50 Seuerus episcopus Theopolitane deponitur.

1.6. §. 1. C. de haeret.

1. d. l. 6. l. 3. §. 1. C. de summa trinit.

Suidas in Orogene.

Cap. II.

10 Sed nec Petrum episcopum Apameae & simul depositum, & simul ab ipsis a quibus Seuerus, sub praedicto anathematismo factum, imperium admittit, sed sint propria contra ipsum sententia. Et qui sub communi anathematismo ordinatus est, sub ipso esto: & sententia sanctissimorum pontificum, quae ipsum praue nit, firma permaneto. Neque verò permittimus illi hanc regiam urbem habitare, aut ipsius districtum, vel aliquam de insignibus, sed quorum securus est errorem, horum imitetur dictam quam longissimè abscedens, & occultans seipsum. Nam talibus occultari quam videri vtilius est. ignoti etenim existentes, se ipsos laedunt solos: publicantes verò sua dogmata, multis ex simplicioribus occasionem perditionis praebent, quod nullo modo fieri in Christiano ouili Dei & orthodoxo populo iustum est, neque ab imperio permillum est.

Cap. III.

20 Quoniam verò & Zoaram dignè penitus iudicatum sub anathematismo esse reuerendissimi & qui iusta iudicant episcopi, (cum parua quaedam talium malorum interpositio sit) & in quibus de honestate est, omnia videlicet comprehendendo ex memoria quadam abundanti, sit & Zoara interpositio quaedam parua huius malae partis, (Anthimi dicimus & Seueri ac Petri) ordinaturque & ipse inter anathematizatos, sacra sententia ipsum deferentem, quam propriam & ipsam in se ipsa extentem, adhuc magis cyrioteran imperium facit, & hunc de hac regia vrbe & eius districtu abijcit, & habitationem in alijs ciuitatibus ipsi omnino interdicit. Itaque cum illis solis habitet & consulat, qui a nobis antè memorati sunt, qui similia quae blasphemant, similia patiuntur, & similiter in exilio ponuntur. Si quid verò aliud in sententia sanctissimorum episcoporum continetur quae praedictos deponit & anathematizat, hoc firmiter ponimus & diutius, ac imperialibus nostris legibus ipsum corroboramus, ac si ab imperio ipso prouenisset. Si verò aliquis ipsorum deprehendatur de cetero facere aliquid praeter constituta, sciat incidisse in legibus imperialibus, quae minores poenas declinantes, ad maiores immittunt indignationes. 1 ¶ Interdicimus autem & omnibus conantibus catholicam Dei ecclesiam diuellere, (sive secundum Nestorij haeretici doctrinam, sive secundum insensatam Eutythis traditionem, sive secundum blasphemiam Seueri, qui & similia illis intellexit, aut eorum qui illos sequuntur) seditionem immittere sanctissimis ecclesijs, & loqui aliquid de fide: sed sancimus quemlibet talium silentium ducere, & non conuocare aliquos ad se, neque accedentes recipere aut parabaptizare audere, aut sacramunionem sordidare, & ipsam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere siue in hac nostra regia, siue in alia: sed omne supportare periculum si quid tale faciet. 2 ¶ Interdicimus etiam omnibus ab ipsis Abijci ergo ipsos sancimus de ciuitatibus ab ipsis concitatis, scientes poenas iam contentas in nostris diuinis constitutionibus, quae & domos ipsas in quibus tale quid fit, & campos ex quibus nutrimenta praebentur, sanctissimis ecclesijs assignant, & a possidentibus auferunt, quia detrimenti causa fit simplicioribus, sub sanctissimis verò & orthodoxis ecclesijs haec iuste ducunt esse. 3 ¶ Haec pro communi pace sanctissimarum ecclesiarum statuimus, haec sententiamus, sequentes sanctorum patrum dogmata, vt omne sacerdotium imperturbatum de cetero nobis permaneat. Quo in pace seruato, reliqua nobis exuberabit politia, desuper pacem habens, quam omnibus magnus Deus & Saluator noster Iesus Christus Trinitatis vnus, vnigenitus Dei filius praedicat ac donat his qui syncerè ipsum & verè glorificare ac adorare digni habitusunt.

EPILOGVS.

80 Custodiat itaque beatitudo tua, quae rectè adnotata sunt, & mittat ipsa per suas Deo dilectas literas omnibus sanctissimis metropolitibus sub ipsa existentibus, quorum cuiuslibet cura erit ipsa manifesta facere sanctissimis ecclesijs sub ipsis ordinatis, vt neminem ex omnibus lateant quae sacerdotio visa sunt, & ab imperio confirmata. Diuina subscriptio. Diuinitas te seruet per multos annos sancte ac religiose pater. Data octauo Id. Aug. Constantin. post consulatum Bilis. V. C. k.

DE

Petrus Episcopus Apameae & simul depositus, & simul ab ipsis a quibus Seuerus, sub praedicto anathematismo factum, imperium admittit, sed sint propria contra ipsum sententia.

Zoaras deponitur. Syria erat, parabaptizans, & rebaptizans, & similia illis intellexit, aut eorum qui illos sequuntur) seditionem immittere sanctissimis ecclesijs, & loqui aliquid de fide: sed sancimus quemlibet talium silentium ducere, & non conuocare aliquos ad se, neque accedentes recipere aut parabaptizare audere, aut sacramunionem sordidare, & ipsam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere siue in hac nostra regia, siue in alia: sed omne supportare periculum si quid tale faciet.

de ea alibi dixi Nov. 14. Nou. 58.

1. imperatoris. XVII. Halo and. August. Scrim. anno 536.

DE OFFICINIS SIVE TABERNIS

Constantinopolitanae vrbis: & vt mille tantum & centum officinae sacrosanctae maioris ecclesiae excusentur: omnes reliquae, ad quemcunque dominum pertineant, consueta obeant munia.

Tit. XXII.

NOVELL. CONST. XLIII.

In nomine domini Iesu Christi Dei nostri. Imperator Caesar Flavius Iustinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Lazicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, nunquam non colendus, Augustus, Longino praefecto vrbis.

PRAEFATIO.



NONIAM potentiae nostrae subditi nostri siue viuant, siue moriantur, cura sunt: ne vel graues ipsis sepulturae, vel defuncti cognatis damnosae existant, propterea & haec, quae eorum sepulturam concernunt, quo conuenit modo, disposuimus. Et quia tam diuae memoriae Constantianae imperatricis nostrae vrbis conditor, quam etiam pietissimus princeps Anastasius, lecticiorum seu decanorum (vt vocatur) numerum ad certam mensuram redegerunt, mille & centum tantummodo decanis, totidemque officinis definitis, vt nullo haec vnquam tempore augmentum reciperent: propterea sane cupientes vt numerus eorum quos ex vnoquoque collegio conuenit esse lecticarios, diuae memoriae Anastasij formulae subiaceat, firma ea & fixa manere volumus. Caterum quia adentes nos almae huius & regiae nostrae vrbis collegiati, quorum excellenter & praeter ceteris curam gerimus, potentiam nostram edocuerunt, magnam & intolerandam se necessitatem sustinere.

Not. xi. c. 2. Sacrosanctam etenim maiorem ecclesiam centum & seu muneribus, & intrinsecus, quas oppido quam libenter illi concedant, eo quod ad peragendas in commune omnium hominum exequias & hoc iure, as proficiant: sed cetera se onera ferre non posse. Nam possidentur cum plurima in alma hac vrbe diuersarum mercium & etiam hodie negotiationum officinae tabernaeque existant, non haec a sacerdotibus solas (nempe centum & mille) officinas praedictis publicis Mahumetae munij obeundis exemptas esse, sed etiam multas sacrosanctas ecclesias, multa sacra hospitalia, monasteria, & alias sacras aedes, quarum pleraeque prius haereticis mancipatae, deinde ad orthodoxam fidem reuersae sunt, multas quoque regias domus, & insuper magistratum, ac senatum, & illustrium, & cubiculariorum a praestatione aut adde ca. i. veftigialium eximi, harumque dominos peculiatem sibi exinde redditum comparare, & oblatere rempublicam, exemptionum multitudine rem ipsam angustis admodum terminis concludente, vt paucissimi existant qui publica agnoscant & sustineant munia, & priores contributiones aliquoties in triplo & quadruplo, hoc tempore etiam decuplo maiores factae sunt: quanquam diuus princeps Anastasius in statuta ab ipso formula nulli omnino alij immunitatem concedat praeter centum & mille officinas, quae per causam exequiarum sacrosanctae maioris ecclesiae attributae sunt: Ea propter & nos putauimus, tum proceribus nostris & insuper beatissima huius almae vrbis archiepiscopo id negotij dandum, vt certo loco conuenirent, & rem ipsam examinarent, atque placita ad nos sua referrent, tum ad excellentiam tuam praesenti vtendum lege, confirmantes ea quae Anastasio pietissimo in hoc principi placuerunt.

Nam ex earum redditum sumptuum sum sibi habent Leo Nouel. 12. Officinae ecclesiasticae ad haereticos pertinentes, orthodoxorum factae.

Cap. I. ET sancimus, vt centum quidem illae & mille officinae, sacrosanctae maioris ecclesiae occasione decanorum, siue lecticiorum, & ad peragendas defunctorum exequias deputatae, omnibus modis integro numero & omni praestatione liberae conferentur: praeter ipsam nulla alia queunte decanum exigere, siue ex haereticis recepta, siue quacunque sacrosancta ecclesia. Sed quod nuper constituimus, valeat, & octingentae quidem officinae corpora praesentent, trecentae

autem in exactione pecuniarum consistant. nam quod exinde corradiatur, ad quid proficere conueniat, sacra iam nostra pragmatica forma disposuit. Semperque, quod intercidit, restauretur. at qua ratione fieri debeat restauratio, satis per Anastasij pia memoriae iussiones expressum est. Haec igitur vt immunes & ab omni vectigali mancant exemptae, sancimus: neque his ipsis officinis, neque vectigalia imperantibus collegijs, quae istas praesentent, quidquam damni sustinentibus, aut vltos titulos agnoscentibus. Caterae vero omnes huius almae vrbis quatuordecim regionum officinae, siue sacrosanctae alicuius sint ecclesiae, siue hospitalium, siue monasteriorum, siue orphanotrophiorum, siue ptochiorum, siue alterius cuiuscunque domini, siue regiarum domum, siue aliquorum magistratum, ampla, media, minimaue officia administrantium, siue gloriosissimorum senatorum, siue magnificentissimorum illustrium, siue ue spectabilium cubiculariorum, siue aliquorum militum adscriptorum: haec inquam omnes publica ipsis imposita praesentent vectigalia, & omnia alia tum faciunt, tum impleant, quemadmodum quemque in suo collegio facere aequum est, semperque per collegij praefectos in publicis cum persoluant: nomine queunte ea de causa inniti priuilegijs, aut eiusmodi alia vt excusatione. Neque enim sustinemus aliorum onus ad alios deferri, aut tam immitem proponere formulam, vt quotidie vectigalia augeantur, & (quemadmodum edocti sumus) quadruplo, aut quincuplo, adeoque etiam decuplo maiora irrogentur: cum nihil tam magno studio, tam serio affectemus, quam ne nouo quisquam vectigali oneretur. Nouum autem fuerit non tantum vrbe in quod nunc primum impositum est, sed etiam quod prius modum excedit. Sed eadem conditione ac forma omnes sunt, & sacra haec nostra pragmatica formula (quam legem etiam appellare licuerit) contra omnes communis esto, vt omnibus largiatur quo molestia mouerentur vacent. Neque enim facile eam quis aegre tulerit, si neminem alium praeterea exemptum intueatur: nisi quod in centum & mille officinis exequiarum defunctorum ratio habeatur, quae maxime communis est omnibus, & ex aequo vniuersis pariata hominibus. Si qua vectigalis vero conetur excusatione aliqua vt, & se ipsum a praestanda alleuiare contributione, & aut non committere quo magis ab inquilinis suis exigatur, aut praestare etiam patrocinium, siue militare siue civile, siue ecclesiasticum, siue quodcumque tandem: in vniuersum officinae dominio excidit, estoque ipsis publicae, toti addictae collegio. Eo enim pacto & cautio res erunt, & verita non attentabunt. Porro si minuta & pariter in omnes vectigalia distribuatur: non vniuersum, vel solum paululum erit quod praestitum fuerit, sed etiam tantum moderatius, leuius, tolerabilius, faciliusve quod confertur, existet, quanto a pluribus colligitur. An vero non multo absurdissimum fuerit, homines proprijs laborantes manibus, & vxores ac liberos alentes, & reliqua denique vitae necessaria inde acquirere satagentes, etiamnum maioribus onerare vectigalibus, & quantum plures inter alleuiatas referuntur, tanto etiam maiores exinde laesiones oboriri? idque onus infinitum sit, neque possit vllum habere terminum. Haec nos omnia prohibentes, sacram hanc pragmaticam formam proponimus, amissionis penam similiter omnibus ordine subditis interminantes, si ex quoquo collegio imperitantes solita illa & ab initio statuta vectigalia percipere prohibuerint, aut vectigalia conentur in pensiones priuatas conuertere: sed quisque pro se quidem pensionum illatione perfruitor, officinas autem seu tabernas solito receptoque more contributiones agnoscere concedit. Quemadmodum enim quisque pro se rebus suis prospicit: ita & nos necesse est ei quod ampla & regiae huic vrbi expedit & confert, nutanti quodammodo & iam lapsuro manus porrigere. neque enim aliter, quae publice expediunt, progressus habitura sint, quam si ratione, qui id habentis ferre coacti sunt, liberentur.

Totidem regiones erant Romae, nepe quatuordecim. binis singulae cohortes adtributa. h. 3. ff. de off. praefec. vig. potest etiam id non inre commode re ferri ad eas re. Neque enim d. 3. ff. de offic. praefec. vrb. co sensu. Licet re nimirum praefecti interdici cere non tan tum vrbe in tegra, sed & eius aliqua re gione, siue ma (quam legem etiam appellare licuerit) contra omnes molestia mouerentur vacent. Neque enim facile eam quis aegre tulerit, si neminem alium praeterea exemptum intueatur: nisi quod in centum & mille officinis exequiarum defunctorum ratio habeatur, quae maxime communis est omnibus, & ex aequo vniuersis pariata hominibus. Si qua vectigalis vero conetur excusatione aliqua vt, & se ipsum a praestanda alleuiare contributione, & aut non committere quo magis ab inquilinis suis exigatur, aut praestare etiam patrocinium, siue militare siue civile, siue ecclesiasticum, siue quodcumque tandem: in vniuersum officinae dominio excidit, estoque ipsis publicae, toti addictae collegio. Eo enim pacto & cautio res erunt, & verita non attentabunt. Porro si minuta & pariter in omnes vectigalia distribuatur: non vniuersum, vel solum paululum erit quod praestitum fuerit, sed etiam tantum moderatius, leuius, tolerabilius, faciliusve quod confertur, existet, quanto a pluribus colligitur. An vero non multo absurdissimum fuerit, homines proprijs laborantes manibus, & vxores ac liberos alentes, & reliqua denique vitae necessaria inde acquirere satagentes, etiamnum maioribus onerare vectigalibus, & quantum plures inter alleuiatas referuntur, tanto etiam maiores exinde laesiones oboriri? idque onus infinitum sit, neque possit vllum habere terminum. Haec nos omnia prohibentes, sacram hanc pragmaticam formam proponimus, amissionis penam similiter omnibus ordine subditis interminantes, si ex quoquo collegio imperitantes solita illa & ab initio statuta vectigalia percipere prohibuerint, aut vectigalia conentur in pensiones priuatas conuertere: sed quisque pro se quidem pensionum illatione perfruitor, officinas autem seu tabernas solito receptoque more contributiones agnoscere concedit. Quemadmodum enim quisque pro se rebus suis prospicit: ita & nos necesse est ei quod ampla & regiae huic vrbi expedit & confert, nutanti quodammodo & iam lapsuro manus porrigere. neque enim aliter, quae publice expediunt, progressus habitura sint, quam si ratione, qui id habentis ferre coacti sunt, liberentur.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt, & sacra hac exprimentur lege, ea excellentia tua, immo non ipsa tantum custodias, sed & quicumque post te idem officium suscepturi sunt, & obtemperans tibi cohors, iam inde in omnem reliquum tempus custodiet. Datum XV. Kal. Iun. Cof. post Bilif. V. Cons. anno I. Scrimg. Datum VI. Kal. Iun. &c. Iul. Fff 4

Novell. 59. cap. 1. in pr. s. cod.

i. vispelliones ac fossarios.

Datum XV. Kal. Iun. Cof. post Bilif. V. Cons. anno I. Scrimg. Datum VI. Kal. Iun. &c. Iul.

ἀπεὶ συμ-
βολαίων
φωνήσιν
συμ-
βολίων 22.
Eclog. 2. De
tabellionib⁹
& eorum fide
Iulian. consli.
40. Porro tab-
belliones
sunt publici
cōtractuum
l. 14. §. 2. Cod.
de sacros. eccl.
leg. 17. Cod. de
fide instrum.
leg. 2. Cod. de
Eunuch. l. 1.
Cod. Si nemo
ad suum patr.
& testamen-
torū prescri-
ptores l. 24.
Co. de testam.
Eorum in-
strumenta
ἀγορεύει
Novel. 73. ad
de l. 21. Co. de
falsi. l. 15. Co. de
decurionib. l. j.
de tabularij
ἀγορεύει, νο-
μοιοι.
ἡ πρωτόκο-
λα.

DE TABELLIONIBVS ET VT
protocola dimittant in chartis.
Tit. XXIII.
NOVELL. CONST. XLIII.
Imp. Iustinianus August. Ioanni præfecto
prætorio, iterum exconsuli
& patricio.

P R Æ F A T I O.



ITEM paulo antè audiuius præsentī legi
præbentem occasionem. Ex persona quidem
mulieris cuiusdam ferebatur documentum,
litteras quidem eius non habens, (erat enim
natura ignara) completum autem à tabellione
& tabulario, subscriptionem eius habens, & testium ostendens
præsentiam. deinde dum quædam dubitatio super eo fie-
ret muliere dicente non esse à se delegata quæ charta
loquebatur: qui litem audiebat, quærebat à tabellione
cognoscere negotij veritatem: denique tabellionem de-
duxit: at ille litteras recognoscere dixit completionis
tabellionis, non tamen nosse aliquid horum quæ secu-
ta sunt, nec enim sibi ab initio penitus delegata, sed com-
mississe cuidam suorum hoc facere: neque postea venisse
ad completionem, sed rursus alij hoc commississe. & is
quidem qui affuit completioni, venit, nihil nec ipse di-
cens se nosse. etenim neque scriptor fuit documenti: sed
solū docuit quia præsentē se hoc dimissum sit. nec cui ab
initio delegatum est, inuentus est: unde nisi per testes iu-
dex valuisse agnoscere causam purè, periculum patieba-
tur, vndiq; cadente negotij notitia. Et illud quidem com-
petentem meruit examinationem atq; decretum.

Cap. i.

Nos autem credimus oportere vniuersis auxiliari, &
communem in omnibus facere legem: quatenus
præpositis operi tabellionum, ipsis per se omnibus
modis iniungatur documentum, vt dum dimittitur,
lum, non est interfit: & non aliter imponatur chartæ completio, nisi
maior & re- hæc gerantur: vt habeant vnde sciant negotium: & inter-
gia charta, rogati à iudicibus, possint quæ subsecuta sunt cognosce-
nec est sche- re, & respondere, maxime quando litteras sunt ignoran-
da negligentes qui hæc iniungunt: quibus facilis est & inconu-
nitiu scripta. cibilis denegatio horum, quæ pro veritate secuta sunt.
Nō est exem- i. Vt ergo omnia hæc prohibeamus, propterea præsen-
plar formu- tem conscripsimus legem: & hæc custodiri modis omni-
larū, quo ta- bus volumus à tabellionibus, siue in ipsa scilicet ci-
belliones vti uitate, siue in prouincijs sint: scientibus, quia si præter
solēt: sed bre- hæc aliquid egerint, cadent omnino ijs quæ vocantur
uis adnota- stationibus: & qui ab eis dirigitur ad iniungendum
tio, quæ de- documentum, & interest, ipse dominus super stationis
clarabat quo auctoritate erit, & mutabitur causa: & ille quidem de
Comite lar- cetero hoc obtinebit officium in statione, quale qui in
gitionū (sub
cuius cura erant chartarum) quo tempore & à quo præparatæ fuissent
chartæ. Ex eo arguebantur sæpe falsitates, qua ratione Cuiacius refert
Lutetia accidisse, vt Senatus suspectum chirographum arguerit, ex die
in eo adscripto, quo nondum eius notæ (Galli, la marque) charta vlla e-
rat in rerum natura. Et hac ratione vetat Iustinianus ex chartis abscin-
di protocolla, Instrumenta in alijs chartis scribi, quam in his quæ pro-
tocolla habeant Iulian. numer. 175. §. cap. 2. mss. eod. in instrumen-
tis, index regina apud Cuiacium. d. συμβολαίων. nō per scriptum eius
manu. Alius est συμβολαίων ἀγορεύει τὰ ταβυλαίων. Instrumentum
enim hic profertur completum à tabellione, subscriptum à mulie-
re tabularij manu vt Nouell. septuagesima tertia. ἀγορεύει, id est, mu-
lieris. ἀπιταχθέντα id est, demandata. ἡ γὰρ id est, in iudicium
deduxit. ἀληθώς τὸ συμβολαίον, id est, perfecti instrumenti. id est,
Tabellio fatebatur se nosse instrumentum completum esse, se tamen
ignorare quid inter contrahentes postremo conuenisset neque enim se
integrum instrumenti initium conscripsisse, sed eius compositionem
demandasse suorum alicui, id est, discipulo ac ministro: vel se alteri eius-
dem instrumenti completionem commississe l. 17. Cod. de fide instrum.
sensus est, Cui libet contractui tabellionem ipsum per se præesse & in-
teresse debere. Interesse, inquam, ab initio ad finem vsq; nec ante com-
plementum instrumento adponere quam norit τὴν ὑπόθεσιν id est, nego-
tium de quo agitur. id est, tunc maxime cum contrahentes litteras
ignorant. Hinc colligunt, esse de instrumenti substantia, vt tabellarius
de eo conficiendo sit rogatus: alias non præsumi rogatum. Idque putat
Rolandus à Valle motus communi interpretum opinione i. consil. 38.
nu. 4. §. i. consil. 44. num. 25. 32. 33. 43. i. inuhere. τὸ ἢ τὸ ἀπιταχθέντα τὸ
συμβολαίον ad perficiendum instrumentum. Pœna tabellionis qui
per discipulum aut exceptorem siue notarium, non per se instrumenta
format, stationis amissio.

ca primatum tenebat: ille verò cadet ea: aut vnus erit mi-
nistrantium illi: quoniam ille quidem dedignatus est hoc
agere, quod erat concessum ei: ille verò secundum illius
voluntatem hoc egerit, propterea nos hanc intulimus e-
is pœnam, vt optimi fiant circa documenta, & iusti, &
cautiores, & non propter suam requiem & delicias cor-
rumpant alienas vitas. 2. Si verò indignus sit fortè po-
tèstatem in stationibus suscipere is cui documentum ex-
tra ea quæ à nobis disposita sunt per præsentem legem
iniungitur, tabellio quidem cadat omnibus modis hac
causa: alter verò pro eo constituitur: nihil omnino dam-
nificando ex hoc stationis domino quicunq; fuerit ex-
traneorum, & non ipse tabellio, neque cadente lucris ex-
inde venientibus: sed illo solo qui talia perpetravit, & de-
dignatus est suum complere opus, primatu cadente: om-
nibus quidem alijs super stationis iure integris dominis
eius ab ipsis tabellionibus qui talia peccauerunt, seruan-
dis. 3. Et non fingant tabelliones occasiones, per ægri-
tudinem fortè discedentes, aut occupationes huiusmo-
di: licebit enim eis, si quid tale fuerit, euocare eos qui
contrahunt, & per se causam complere. proinde hæc qua
contingunt raro, non impedimentum facient vniuersis,
eo quòd nihil inter homines sic est indubitatum, vt nō
possit licet aliquid sit valde iustissimum) tamen suscipere
quandam sollicitam dubitationem, sed nec quæstus co-
rum minores fieri per hoc, propter contrahentium fre-
quentiam occasionem habentes: cum melius sit pauca
agere cautè, quàm multis interesse periculosè. 4. Vt
tamen non vehementer eis dura lex esse videatur: nos
conijcientes humanam naturam, mediocres etiam eis
leges nostras ponimus. propter tales enim eorum fortè
dubitaciones damus eis licentiam singulis vnus ad hoc
constituere (gestis apud clarissimum magistrum census
scilicet civitatis solenniter celebratis) & licenti-
am ei dare vt delegentur ei ab ijs qui veniunt ad eius sta-
tionem & documenta: & dimissis eis interesse: & nulli
omnino alteri in statione existenti, licentiam esse, vt aut
delegetur ei initium, aut eum dimittuntur, interfit: nisi
tabellioni qui auctoritatem habet, aut qui ab eo ad hoc
statutus est. Si verò præter hoc fiat, & alter delegetur: tunc
subiacet pœnæ tabellio, qui auctoritatem habet à nobis
dudum definitam: ipsis tamen documentis propter vtili-
tatem contrahentium non infirmandis. Nouimus enim
quia legis metu de cætero & ipsi custodient quæ à nobis
decreta sunt, & documenta sub cautela facient.

Vt tabelliones in protocollo describant, idq;
cum die & consule.

Cap. II.

Illud quoq; præsentī adiicimus legi, vt tabelliones non
in alia charta pura scribant documenta, nisi in illa quæ
in initio (quod vocatur protocollum) per tempora
gloriosissimi comitis sacrarum nostrarum largitionum
habeat appellationem, & tempus quo charta facta est,
& quæcunq; in talibus scribuntur: & vt protocollum non
incidant, sed insertum relinquunt: nouimus enim mul-
tas falsitates ex talibus chartis ostensas & prius, & nunc:
ideoque licet aliqua sit charta (nam & hoc sancimus) ha-
bens protocollum non ita conscriptum, sed aliam quan-
dam scripturam gerens, neq; illam suscipiant, tanquam
adulteram, & ad talia non oportunam, sed in sola tali
charta qualem dudum diximus, documenta scribant. Hæc
itaq; quæ de qualitate talium chartarum à nobis decre-
ta sunt, & de incisione eorum quæ vocantur protocolla,
& valere in hac scilicet civitate volumus, vbi
plurima quidem cōtrahentium multitudo, multa quoq;
chartarum abundantia est, & licet legali modo interesse
negotij, & non dare occasionem quibusdam falsitatem
committere, cui se obnoxios existere demonstrabunt, qui
præter hæc aliquid agere præsumperint.

¶ Cuiac. hic. in prouincijs verò apud defensores ciuitatum. sensus
est, Substitutus tabellionis, mandato contrahentium instrumentum
posse complere in sua statione, posse etiam eiusdem instrumenti com-
plemento interesse. ἀπολομένους παραγινέσθαι id est, qui absolu-
dis interessent. de eo iam dictum est. Solent tabelliones contra-
ctus primo referre in schedam deinde in mundum redigere: in mun-
dum, id est, in chartam puram χάρτιν κατὰ τὸν Hieronymus aduersus
Rufinum, Schedulis nondum ad purum digestis. Protocollum quid
est dixi in epigraphe huius tituli. Protocollis continetur nomen
Comitis largitionum & tempus quo charta facta est. Iulian. hic nu. 175.
Cur id iubeatur dixi in epigraphe §. eod. non idem est in primo ca-
pite huius Nouellæ.

Interdum
alius est sta-
tionis domi-
nus, alius ta-
bellio.
Tabellio, li-
cet ægrotus,
per substitu-
tum instrum-
entum for-
mare nō po-
test: sed ad se
cōtracturos
euocare de-
bet, & ab eis
causam inte-
gram audire.
Possit etiam
colligere, nō
ideo instru-
mentum re-
probati q̄
confectū fue-
rit à tabellio-
ne ægrotato.
leg. 3. 4. 5.
§. de legib.
nihil ita
certum est, vt
nō possit con-
trouerti, deq;
eo quodam-
modo dubi-
tari.
Vtilius est
pauca tuto
agere, quàm
multa cum
periculo.
id est, oculis
coniectis in-
tuentem pro-
prietatem hu-
manam na-
turam.
i. æquabiles
συμμέτρους.
Licet tabel-
lioni adiuto-
rem & substi-
tutum habere,
& per
eum contra-
ctus formare
absolueret;
partibus: in
statione ta-
men.
Posterior æ-
tas hunc ma-
gistratum γε-
νικόν appella-
uit, auctore
Leone 44. &
Suida: vt &
plurima quidem
cōtrahentium multitudo, multa quoq;
locum ipsum
quo acta & in-
sinuationes
hiebat. quod
& Cedrius
ταξείδιον.

EPILOGVS.

Quae igitur placuerunt nobis, & per hanc sanctam declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet, Dat. XIX. Kalend. Septembr. Constant. post Bilif. V. C. Coll. anno II.

VT NON LIBERENTVR CURIALI

XVI. Scri. Julian. i. anno 537. De Iudaeis & Samaritanis & haereticis curialibus Julia. constit. 41. De decurionibus haereticis qui aduersus orthodoxos testimonium exhibere possunt, Index Reginae apud Cuiac. Bel. & Titius Scribae.

fortuna Iudaei, nec Samaritani, aut haeretici, occasione eorum religionis, sed curialibus quidem functionibus subiaceant, priuilegijs vero curialium non fruantur. postquam vero eos contra orthodoxos quod subiaceant curiali fortunae, testimonium perhibere, ut qui & pro orthodoxa politia recte testimonium perhibeant.

Tit. XXIII.

NOVELLA CONST. XLV.

Idem Imp. Iohanni P. P. iterum ex consuli & patricio.

PRAEFATIO.

ERBVM quoddam nobis tua retulit eminentia, quosdam inter curiales esse Iudaeos forte, aut Samaritanos, aut Montanistas, aut aliter respuendos homines, quos nondum hactenus recta & immaculata fides illuxit, sed & in tenebris sedent, animis vera non sentientes sacramenta: & quoniam haereticos odio habemus, putant per illam occasionem libere curialium esse functionum, & quae competunt his, declinare. Nos igitur mirati sumus, si sapientia & acumen tuum tales eorum pertulit rationes, & non repente talia dicentes dilacerasti. Si enim homines quidam sunt qui quidem putant propter nouissimam absurditatem illa facit lex 4. l. promereri se praemia quae solis maximis dignitatibus reueruimus, quis non eorum habeat exosam inuerecundiam & stultitiam? Quapropter curiam exerceant huiusmodi homines, & nimis ingemiscentes, & curialibus functionibus, sicut etiam officialibus, ut dudum sancitum est, & nulla religio ab eiusmodi eos excipiat fortuna. (horum enim nihil neque antiquorum qualibet legum, neque Nouellarum dictum est) indigni tamen curiali sint honore, & quoniam leges plurima curialibus praebent priuilegia, & ut non cadantur, neque ad aliam ducantur prouinciam, & alia plurima, horum nullo fruuntur. sed si quid scriptum est de curialibus, quod non confert priuilegium, hoc etiam in his valeat, & compleant corporalia & pecuniaria munera, & nulla ab his eripiat eos lex: honore vero fruuntur nullo, sed sint in turpitudine fortunae, in qua & animam voluit esse. Sic igitur eis de hoc dispositum sit.

Cap. I.

Illud quoque nunciasti dignum quaestione tua natum. Quia enim haereticos testimonium perhibere prohibuimus, quando orthodoxi inter alterutros litigant, additur ad dantes eis per nostram constitutionem, si quidem inter alterutros misceantur illi & litigent, & uterque haereticus sit, actor & reus, posse testimonium perhibere, dignis adiuuicem existentibus & litigantibus, & testimonium perhibentibus: si vero rursus haereticus sit & orthodoxus, contra haereticos quidem etiam valde dari testimonium orthodoxo, aduersus orthodoxum autem nequaquam. orthodoxis quoque existentibus litigatoribus nullum esse penitus accessum illis ad testimonium perhibendum. Docuisti igitur nos quod quidam orthodoxi constituti & ita haereticis coguntur perhibendi testimonij eos qui illi genere iuncti sunt, vel tur onera ciuium aliam aliquo modo eorum sciunt fortunam, & quoniam suam lex eorum suspendit super orthodoxis testimonia, & si priuilegia non sentiant, orthodoxis eodem munere fungentibus attributa. hinc colligunt nonnulli, Haereticos infames esse. at non omnes intestabiles ut in se eodem. Infamis eorum religio, at non eorum testimonium passim respuitur. id est, dignum tibi visum fuisse quod a nobis quaereret. leg. 21. Cod. de haereticis. d. leg. 21. Actore & reo haereticis litigantibus, haereticus testis esse potest, ut hic. Orthodoxo & haeretico litigante, haereticus in haereticum testis esse potest, at non in orthodoxum: pro eodem potest in se, ibi, si vero rursus. Inter solos orthodoxos nullo modo testari potest in se, ibi, si vero rursus. Inter solos nisi orthodoxus refugiat munus curiae. Potest enim eo speciali casu haereticus audiri deponens orthodoxum curialem, aut patre curiali genitum Julian. hic numer. 177. id est, aduersus orthodoxos.

propterea iudices piguisse hoc admittere, cumque in vnum metuunt inuicem, qui huiusmodi dubitant recipere testimonium, primum quidem pro orthodoxis fiunt, (hoc autem leges agere haereticos non prohibent) deinde si existentes curiales, postea contra fortunam reluctantes trahit quisquam ad curiam, & haereticos ad testimonium vocat, quomodo non hoc pro nostra agit republica? ut sit quidem respublica litigans orthodoxa, & maxime ex quo nos Deus dedit imperare: qui autem super hoc testantur, pro orthodoxis perhibeant testimonium. Conuersatio enim nostra recta est, & plena orthodoxa fide, omnia alia haeresi merito constituta sub odio.

EPILOGVS.

Et hoc igitur tua eminentia custodiat, nostram cognoscens mentem, & quod respublicae expedit commemorans, & sciens per omnia, quia illa nobis agere & sancire lege studij est, quaecumque nostrae profunt respublicae. Datum XV. Kalend. Septemb. Constantinopoli, post Consulatum Bilifarij V. C.

i. anno 156.

COLLATIO V.

DE ECCLESIASTICARVM RERVM immobilium alienatione & solutione.

Tit. I.

NOVELLA CONST. XLVI.

Imper. Iustinianus August. Iohanni gloriosissimo sacrorum per Orientem praetorium praefecto iterum ex consuli & patricio.

PRAEFATIO.

Circa leges studium, & alia omnia a nobis ideo quotidie cum labore aguntur, ut utilitatem nostris subiectis inueniamus: quod effusum quidem immensum est, remouentes: quod autem & optimum & meritum, interrogantes. Sape quoque ex studio propter priorem immensitatem etiam ultra mensuram legem constrinximus: ut quod primitus effluebat retinentes, ita aequalitatem de caetero introduceremus. Nuper igitur scriptimus legem de sanctissimis ecclesijs omnibus, & monasterijs, & reliquis venerabilibus domibus, nullam esse eis rerum immobilium alienationis licentiam permittentem. Videbamus enim causam effusam, & paulatim ad alios ecclesiasticas migrantes possessiones, neque pretijs solutis dignis, neque opere inuitabili imminente alienatis: sed etiam contra positas iam leges, decies mille circumuentiones factas. Quo circa primam perimentes viam, omnibus similiter inaccessibilem contra earum facimus circumuentiones. Sed hinc pleraque quidem sanctissimarum ecclesiarum aliarumque venerabilium domuum utilitatem habuerunt possessiones, nullo has minuire praesumentem. Occurrit tamen etiam aliquid difficile: debita enim aut longo tempore constituta, aut etiam postea ex quadam necessitate, & maxime per fiscales occasiones eis accidentia, ad alienationis necessitatem factas perduxerunt domos. mobili enim non extante substantia sufficiente, periclitabantur in nouissimam venire necessitatem harum praesules, neque vendere potentes, neque unde debita soluerent habentes. Sed pro talibus quidem debitis posse pro creditoribus dari possessiones ecclesiasticas, tamen cum compenti subtilitate & obseruatione facienda solutione, iam saepe permisimus: sicut neque palam hoc nostra prius permisimus lege. Si vero non priuatus aliquis est creditor, sed imminet fiscus, & exigit debita, est autem inopia pecuniarum, accipere vero immobilem possessionem impossibile est: fiscum hic relaxare aliquid, subtilitati legis competere iudicauimus. Et si qua necessitas huiusmodi fiat: etiam alienationem sinere per speximus.

Cap. I.

Sancimus igitur, si sanctarum aliqua ecclesiarum aut reliquarum colendarum domuum fiscales debeat fun-

rerum se vel annuarum ciuiliu vel rusticorum mancipiorum Iulian. constit. 3. adde Nouel. 7. 8. & eundem Iulian. constit. 7. & alij contractibus Iulian. constit. 3. additur in editione. Scringeri διγυ τὸν ἐν Κορναρίων ἀόλει 1. ex. ceptis Constantinopolitanis. intelligit Nouel. 7. Epitome Nouel. 7. Causa prohibitionis Nouel. 7.

exinde se.

sensus est, Praedia ecclesiastica (si pecunia & mobilia desunt) priuato creditore in solutum dari: uedi ite posse cum praedibus decerere, ita ut pretium soluat emptor & tributa quae debet ecclesia: nec enim fiscus praedia in solutum accipit.